χῆς ἂν εἰς πάντας ἐγίνετο, εἴπερ ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐκαλοῦντο οἱ ἀνάξιοι. τὸ γὰρ νῦν γινόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως εἰς ἀπολογίαν τῆς ἐμῆς δικαίας γίνεται προνοίας, ὅτι καλῶς τὸν τιμῆς ἄξιον λόγον ἀπ' ἀρχῆς δημοσίᾳ εἰς ὕβριν θεῖναι οὐκ ἠβουλήθην[1] ἀνωφελῶς, ἀλλὰ σιγᾶσθαι αὐτὸν ὡς τίμιον ἐβουλευσάμην, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀξίων, οἷς καὶ μετέδωκα, ἀλλ' ἀπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων, ὡς ὁρᾶτε, ἀναξίων, τῶν ἐμὲ μισούντων καὶ ἑαυτοὺς φιλεῖν μὴ βουλομένων. καὶ νῦν γε παρέντες γελᾶν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐμοῦ πρὸς τὸ τούτου ἐπάγγελμα πυνθάνεσθε, ἢ πυνθανομένῳ μοι[2] ὁ βουλόμενος ἀποκρινάσθω. καὶ μὴ[3] ὡς ἀσελγεῖς κύνες ὑλάσσετε, ψόφῳ ἀτάκτῳ βύοντες τῶν σώζεσθαι θελόντων τὰς ἀκοάς, ἄδικοι καὶ θεοστυγεῖς, καὶ τὸν σώζοντα λογισμὸν εἰς ἀπιστίαν ἀποσχολοῦντες. πῶς συγγνώμης τυχεῖν δυνήσεσθε, τὸν τὴν θειότητα[4] τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελλόμενον ὑμῖν εἰπεῖν ὑβρίζοντες, καὶ ταῦτα ἄνθρωπον ὃν ἐχρῆν, εἰ καὶ μηδὲν ἀληθεύοντα[5], διὰ τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς ἀποδέξασθαι προαίρεσιν;

XIII. *Ταῦτά μου λέγοντος καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, πολὺς τῶν ὄχλων ἐγίνετο θρύλλος· καὶ οἱ μὲν ὡς τὸν Βαρνάβαν ἐλεοῦντες συνήραντό μοι· οἱ δὲ ἠλίθιοι ὄντες δεινῶς κατ' ἐμοῦ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας. ἐπεὶ δὲ ἤδη ποτὲ ἑσπέρα κατειλήφει, τῆς χειρὸς λαβὼν τὸν Βαρνάβαν, μὴ θέλοντα,*

omnes futurum erat, si a principio ad salutem vocati fuissent qui indigni sunt. Quod enim nunc ab iis injuriose fit, in defensionem fit justae meae providentiae, quod praeclare doctrinam honore dignam nolui inutiliter ab initio ad contumeliam publice exponere, sed eam statui, ut venerandam, silentio tegi; non quidem apud eos qui principio digni erant, quibus et tradidi, sed apud istos et consimiles, ut cernitis, indignos, odio me prosequentes, seque nolentes diligere. Et vero nunc omittentes hunc hominem irridere, a me ipsius repromissionem audite, vel qui volet mihi percontanti respondeat. Ac ne velut petulantes canes latretis, incomposito strepitu, aures salvari desiderantium obstruentes injusti ac Deo exosi, et servatricem cogitationem avocantes ad incredulitatem. Quo pacto veniam consequi poteritis, eum qui vobis naturam Dei referre promittit, contumelia afficientes; idque hominem, quem oportuerat, etsi nihil vere loquentem, propter bonam ipsius erga vos voluntatem, grate suscipere?

XIII. Quae cum dicerem, aliaque his consentanea, multum in plebe ortum est murmur: atque alii quidem tamquam Barnabam miserantes mihi favebant: alii vero qui erant stolidi, graviter in me stridebant dentibus. Cumque jam vespera advenisset, Barnabae manu apprehensa, eum nolentem vi ad meam

1. ἐβουλήθην C. — 4. θεότητα C.
2. πυνθανομένων ὁ βουλόμενος C. — 5. ἀληθὲς λέγοντα O. Subsequens διὰ
3. μὴ accessit ex O. Tum ὑλάκτετε addidit S auctore Rufino Rec. 1, 9.
C, qui et μύοντες p. βύοντες.

βίᾳ εἰς τὴν ἐμὴν ἤγον οἰκίαν, ἔνθα καὶ μένειν αὐτὸν ἐποίησα, ἵνα μή τις αὐτῷ χεῖρας ἐπιβάλῃ. καὶ ἡμερῶν ὀλίγων διατρίψας, καὶ τοῦ ἀληθοῦς λόγου βραχέα κατηχήσας με ὀλίγον, ὡς[1] ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, σπεύδειν ἔλεγεν εἰς Ἰουδαίαν τῆς κατὰ τὴν θρησκείαν ἑορτῆς χάριν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ἑαυτοῦ ὁμοεθνέσι συνεῖναι θέλων.

XIV. Φανερὸς δ' ἦν μοι ἀποναρκήσας. ἐμοῦ γὰρ εἰπόντος· σύ μοι μόνον τοὺς τοῦ φανέντος ἀνδρὸς οὓς ἤκουσας[2] ἐκτίθου λόγους, κἀγὼ τῷ ἐμῷ κοσμήσας λόγῳ τοῦ Θεοῦ κηρύξω τὴν βούλησιν, καὶ εἶθ' οὕτως ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν συμπλεύσω[3] σοι· λίαν γὰρ ποθῶ ἐπὶ τὸν τῆς Ἰουδαίας γενέσθαι τόπον· τάχα δὲ καὶ συνοικήσω ὑμῖν τὸν πάντα μου τῆς ζωῆς βίον[4]· ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἀπεκρίνατο· σὺ εἰ μὲν ἱστορῆσαι τὰ ἡμέτερα καὶ μαθεῖν τὸ συμφέρον θέλεις, ἐξ αὐτῆς μοι σύμπλευσον· εἰ δὲ μὴ βούλει, τὰ ἄλλα[5] σημεῖα τῆς οἰκήσεώς μου καὶ ὧν θέλεις ἐγώ σοι σήμερον ἐρῶ[6], ἵνα ὅτε βούλει ἐλθὼν ἐπιστῇς ἡμῖν· ἐγὼ γὰρ αὔριον πορεύσομαι ἐπὶ τὰ ἐμαυτοῦ. καὶ δὴ ἀδυσώπητον ἰδὼν συνῆλθον αὐτῷ μέχρι τοῦ λιμένος· καὶ μαθὼν παρ' αὐτοῦ ἅπερ ἔλεγε σημεῖα τῶν οἰκήσεων, ἔφην αὐτῷ· εἰ μὴ ὅτι αὔριόν τι ἀπαιτῶ ὀφειλόμενόν μοι, ἐξ αὐτῆς ἂν σοι συνέπλεον· πλὴν τάχιόν σε καταλήψομαι. καὶ ταῦτα εἰπών, καὶ[7] παραθέμενος αὐτὸν τοῖς τοῦ πλοίου ἡγουμένοις ὑπέστρεφον λυπούμενος, μεμνημένος τοῦ καλοῦ καὶ συνήθους φίλου.

duxi domum; ubi et feci manere, ne quis ei manus injiceret. Paucosque dies commoratus, nonnulla verae religionis mihi tradidit rudimenta, quod paucis post diebus properare se diceret ad Judaeam propter festum, velletque deinceps cum suis popularibus degere.

XIV. Videbatur autem mihi esse plane perculsus. Cum enim ego dicerem: tu mihi tantum hominis illius qui apparuit, quos audiisti expone sermones, et ego oratione mea illos exornans, Dei consilium praedicabo, sicque postea una navigabo intra paucos dies: admodum enim cupio ad Judaeae regionem pervenire: ac forte vobiscum per totam vitam habitabo: — ille his auditis respondit: tu, si quidem videre nostra, et quod expedit vis discere, mecum statim navigato; si nolis, reliqua signa domicilii mei et quorum volueris tibi hodie dicam, ut quando volueris venire, nobis occurras: ego enim cras ad mea me recipiam. Videns itaque inexorabilem esse, comitatus sum eum usque ad portum; acceptisque ab eo signis quae dixerat domiciliorum, dixi illi: nisi cras aliquid quod mihi debetur repetiturus essem, jamjam tecum navigarem; cito tamen te assequar. Et his dictis, commendatoque eo navis ductoribus, reversus sum tristis, memor boni et concordis amici.

1. ὅσον Liber Regius 804, quod praestat.
2. Vbb. οὓς ἤκουσας om. O. Idem Hom. II, 28. D. κατὰ p. κἀγώ.
3. συμπλεύσωσι omisso σοι O.
4. Leg. χρόνον ex Epit. c. 13. Vid.
5. ἐπεί γε τὰ C.
6. γνωριῶ C et Ep.
7. καὶ excidit ap. Cl. et S.

XV. Ἡμερῶν δὲ διατρίψας, καὶ τὸ χρέος οὐχ ὅλον λαβεῖν δυνηθείς, τάχους ἕνεκα ἀμελήσας τοῦ περιλειφθέντος, ὡς ἐμποδίου ὄντος, καὶ αὐτὸς εἰς Ἰουδαίαν ἀπέπλευσα, καὶ δεκαπέντε[1] ἡμερῶν εἰς Καισάρειαν κατήντησα τὴν Στράτωνος. ἐπιβάντος δέ μου τῆς γῆς καὶ ξενίαν θηρωμένου, ἔμαθον ὅτι Πέτρος τις λεγόμενος, τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ εἰσφανέντος ἀνδρὸς τοῦ σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος ὁ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητής, αὔριον Σίμωνι τῷ ἀπὸ Γιτθῶν Σαμαρεῖ ζήτησιν ποιεῖται λόγων. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἐδεήθην τὴν τούτου μοι μηνυθῆναι μονήν· καὶ ὁμῶς ἔμαθον καὶ τῷ πυλῶνι ἐπέστην. θεασάμενοι δὲ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ ἀντέβαλον[2] τίς τε ὢν καὶ πόθεν ἥκω. καὶ ἰδοὺ Βαρνάβας ἐκβὰς ἅμα τῷ ἰδεῖν[3] περιεπλάκη μοι, πολὺ χαίρων καὶ δακρύων· καὶ λαβόμενός μου τῆς χειρὸς εἰσέφερεν ἔνθα ἦν ὁ Πέτρος, λέγων μοι, οὗτός ἐστιν Πέτρος, ὃν μέγιστον ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ ἐπηγγειλάμην[4] σοι, ᾧ ἀπαύστως σε ἀντέβαλλον. ὡς εἴσιθι ἐκ ταυτομάτου, ὅτι τὰ κατά σε καλὰ ὄντα ἀψευδῶς ἀντέβαλλον[5], ἅμα καὶ τὴν προαίρεσιν ἐξέφηνα[6], ὡς αὐτὸν γλίχεσθαι καὶ ἰδεῖν σε. μέγα οὖν αὐτῷ δῶρόν σε διὰ τῶν ἐμῶν προσφέρω χειρῶν. καὶ τοῦτο εἰπών, προσενέγκας ἔφη, οὗτός ἐστι Κλήμης, Πέτρε.

XV. Aliquot autem dies moratus, ac totum debitum recipere non valens, propter festinationem reliquo neglecto, quod impedimento esset, ipse quoque in Judaeam enavigavi, et quintodecimo die Caesaream Stratonis adveni. Cumque terram tetigissem, et hospitium investigarem, accepi, quemdam nomine Petrum, viri illius qui in Judaea conspectus est, quique signa et prodigia fecit, probatissimum discipulum, crastino die cum Simone ex Gitthis Samaritano esse disputaturum. Quibus auditis, rogavi illius mansionem mihi indicari: et simul atque didici, praesto fui ad fores. At illi in domo, cum me viderent, inter se conferebant, quisnam essem, ac unde venirem. Et ecce Barnabas egressus, statim ut vidit, complexus est me, multum gaudens ac lacrimans; apprehensaque manu mea, introduxit in locum ubi erat Petrus, dixitque mihi: hic est Petrus, quem maximum in Dei sapientia tibi denunciabam, cui assiduo de te loquebar. Ultro igitur ingredere; quoniam quae in te bona sunt, vere illi enarravi, simulque manifestum feci propositum tuum, ita ut ipse etiam te videre aveat. Magnum ergo ei munus te manibus meis offero. Quod cum dixisset, oblato me, ait: hic est Clemens, Petre.

1. διὰ δεκαπέντε conj. C, ut est in Cod. Reg. 804 et Epit. c. 14.

2. θεασάμενον δὲ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ ἀντέβαλον O, ἀντέβαλλον reliq. omissis C, οἱ δ' ἀντέβαλλον S ex Cod. 804, qui addit οἱ δ' ἐν τῷ οἴκῳ. In Epit. c. 14: θεασάμενοι δὲ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ.

3. Ita S et Epit. εἰδεῖν C O.

4. ἐπηγγελλόμην C.

5. In Ms. Clementinorum scriptum habetur ὡς εἰσοὶ, e quo formari potest ὡς εἴσει, „ingredere igitur", ut vertit Rufinus: εἴσει p. εἴσισθι [imo potius εἴσιθι]: vel ὡς εἴσῃ, „ut cognoscas." C. ὡς (seq. parvula lacuna) ἐκ ταυτομάτου ὅτι πάντα τὰ κατὰ σὲ κτλ. ἀντέβαλον O.

6. Ita S, ἐξέφανα C O. Deinde leg. ὡς γλίχεσθαι καὶ αὐτόν S.

XVI. Ὁ δὲ ἀγαθὸς προσπηδήσας ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τὸ ὄνομα κατεφίλησεν, καὶ ἐγκαθισθῆναί[1] με ποιήσας ἐξ αὐτῆς ἔφη· καλῶς ἐποίησας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα ξενίσας Βαρνάβαν, εἰς τιμὴν τοῦ ὄντως[2] Θεοῦ, μεγαλοφρόνως, οὐκ αἰδεσθείς, οὐ φοβηθεὶς τὸν τῶν ἀπαιδεύτων ὄχλων θυμόν. μακάριος ἔσῃ. ὡς γὰρ σὺ[3] τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν οὕτω ἐξένισας πάσῃ τιμῇ, καὶ αὐτή σε ἡ ἀλήθεια ξένον ὄντα τῆς ἰδίας πόλεως καταστήσει πολίτην· καὶ τότε χαρήσῃ μεγάλως, ὅτι βραχεῖαν νῦν ἐδανείσας[4] χάριν, προαίρεσιν λόγων καλῶν λέγω, καὶ ἀϊδίων καὶ ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν ἔσῃ κληρονόμιος. καὶ μὴ κάμνε ἀντιβάλλειν μοι τὸ σὸν ἦθος· πάντα γὰρ τὰ κατά σε ὁ ἀψευδὴς[5] ἡμῖν ἀντέβαλε Βαρνάβας, σχεδὸν καθ' ἡμέραν τὴν ἀγαθήν σου[6] ποιούμενος μνήμην. καὶ ἵνα σοι ἐν ἐπιτομῇ ὡς γνησίῳ φίλῳ[7] τὸ προκείμενον ἐρῶ, εἰ μή σοί τι ἐμποδίζει, συνόδευσον ἡμῖν, μεταλαμβάνων τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, ὧν[8] κατὰ πόλιν ποιεῖσθαι μέλλω, μέχρι Ῥώμης αὐτῆς. καὶ σὺ δὲ εἴ τι βούλει λέγε.

XVII. Κἀγὼ[9] ἐξεθέμην τὴν ἐξ ἀρχῆς μοι προαίρεσιν, καὶ ὡς εἰς ζητήσεις ἀπόρους ἐκενώθην, καὶ πάντα ὅσα σοι τὴν ἀρχὴν προεδήλωσα, ὡς

XVI. At bonus Petrus, simul ac nomen audivit, prosiliit et osculatus est, ac sedere me fecit, statimque dixit, recte fecisti, praeconem veritatis Barnabam hospitem excipiendo, magno animo in veri Dei honorem, furorem imperitae multitudinis non veritus. Beatus eris. Quemadmodum enim tu veritatis legatum ita cum omni honore excepisti hospitio, ipsa quoque te veritas hospitem, suae urbis civem constituet: tuncque magnopere laetaberis, quia nunc parvam foeneratus gratiam, bonorum dico sermonum voluntatem, bonorum aeternorum, quaeque auferri nequeunt, haeres efficieris. Nec vero laborem subeas referendi mihi mores tuos: siquidem omnia tua nobis edisseruit qui mentiri nescit Barnabas, fere quotidie bonam tui mentionem faciens. Utque tibi, tamquam sincero amico, id quod res est, breviter dicam: nisi tibi aliquid impedimento est, iter nobiscum habe, ac percipe sermones veritatis, quos per singulas civitates, ipsam usque Romam, habiturus sum. Tu porro, si aliquid cupis, effare.

XVII. Et ego quid ab initio propositi gesserim exposui, et quo modo quaestionibus inexplicabilibus exhaustus fuerim, caeteraque quae tibi principio

1. ἐγκαθεσθῆναι O, καθεσθῆναί C, καθισθῆναι S.

2. ὄντος C. Lectio nostri Codicis jam placuit Schweglero. Cfr. Hom. II, 28. III, 3.

3. Vbb. ὡς γὰρ σὺ om. O; σε p. σὺ Cl, non C, ut perperam asserit S. In O deinde ξενίσας πάσῃ τιμῇ, ἀνθ' ὧν αὐτὴ καὶ σὲ ἡ ἀλ.

4. δανείσας S auctore D, ut Epit. c. 15. Tum scripsi λόγων καλῶν (καὶ O) λέγω, καὶ ἀϊδίων c. O, λόγων καλῶν λέγων (l. λέγω), ἀϊδίων C.

5. ἀψευδεὶς O.

6. σου addidi c. O.

7. φίλῳ praetermisit S c. Cl.

8. τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ὃν C.

9. Ἐγὼ C. Idem μου p. μοι.

ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν γράφω. ἔλεγον δέ· σοὶ μὲν ἑτοίμως ἔχω συνοδεύειν· τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδα [1]*, ὅπως χαίρων θέλω· πλὴν περὶ ἀληθείας πρῶτον πληροφορηθῆναι θέλω, ἵνα γνῶ, εἰ ἡ* [2] *ψυχὴ θνητὴ τυγχάνει, ἢ ἀθάνατός ἐστιν. καὶ εἰ* [3] *ἀΐδιος οὖσα περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα ἔχει κριθῆναι· καὶ εἰ* [4]*, τί ποτέ ἐστι δίκαιον ἢ ἄρεσκον Θεῷ· καὶ εἰ γέγονε κόσμος, καὶ διὰ τί γέγονε, καὶ εἰ οὐ λυθήσεται, καὶ εἰ λυθήσεται· καὶ εἰ κρείττων ἔσται, ἢ οὐδὲ ἔσται· καὶ ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, ταῦτά τε* [5] *καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα μαθεῖν εἶπον θέλειν. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο· συντόμως σοι, ὦ Κλήμης, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν παρέξομαι· καὶ τὰ νῦν ἐξ αὐτῆς ἄκουσον.*

XVIII. *Ἡ τοῦ Θεοῦ βουλὴ ἐν ἀδήλῳ γέγονε κατὰ πολλοὺς τρόπους. τὰ μὲν πρῶτα εἰσαγωγὴ κακή, συντροφία πονηρά, συνήθεια δεινή, ὁμιλία οὐ καλή, πρόληψις οὐκ ὀρθή* [6]*· διὰ ταῦτα πλάνη, εἶτα ἀφοβία, ἀπιστία, πορνεία, φιλαργυρία, κενοδοξία, καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία κακά, ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος, εἰς* [7] *ἕνα οἶκον οἰκοῦντα τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπεθόλωσαν* [8] *τὰς ὁράσεις, καὶ* [9] *οὐκ εἴασαν ἀναβλέψαντας ἐκ τῆς διαγραφῆς τὸν δημιουργήσαντα νοῆσαι Θεόν, καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν*

antea declaravi, uti ne eadem iterum scribam. Dixi autem: paratus quidem sum tecum proficisci: hoc enim nescio quo modo cupio laetus: verum prius volo certior de veritate fieri, ut sciam utrum anima mortalis sit, an immortalis; et si sempiterna sit, an ob ea quae hic gessit, judicari debeat: item an et quid sit justum, ac Deo gratum: praeterea factusne sit mundus, et quare factus; et utrum non dissolvetur, an dissolvetur, et an melior futurus, an nec futurus omnino: ac ne singula prosequar, haec atque consequentia dixi me velle edoceri. At ille ad ea respondit; breviter tibi, o Clemens, rerum scientiam exhibebo; et jam nunc audi.

XVIII. Dei voluntas multas ob rationes occulta fuit. Primum quidem prava institutio, convictus vitiosus, consuetudo perniciosa, mala colloquia, non recta opinionum anticipatio, et eapropter error; dein contemptus, incredulitas, fornicatio, avaritia, inanis gloria, aliaque similia innumera mala, velut ingens fumus unam domum mundum incolentia intus habitantium hominum visum offuscarunt, nec siverunt aspicere, atque mundi creatorem Deum intelligere ex

1. *οἶδ'* C.
2. *ἡ* accessit ex O.
3. Ita O c. Epit. c. 16, *εἰ ἀθάνατός ἐστιν, καὶ* C.
4. *καὶ εἰ* — sc. *ἀΐδιος οὖσα ἔχει κριθῆναι.* Propterea S commate distinxit post *εἰ.*
5. *τε* subjunxi c. O.
6. *εἰσαγωγῇ κακῇ συντροφίας πονηρᾶς, συνηθείᾳ δεινῇ, ὁμιλίᾳ οὐ καλῇ, προλήψει οὐκ ὀρθῇ* O.
7. Ita O, *ὡς* C, *εἰς ἕνα οἶκον ἐλθόντα, τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν κτλ.* conjecit D, *εἰς ἕνα οἶκον ἐπεισελθόντα τὸν κόσμον κτλ.* Epit. c. 17. Rufin. Rec. I, 15: „universam domum hujus mundi replevit.“ An *ἕνα οἶκον εἰσοικοῦντα?*
8. *ἐπιθολῶσαν* O.
9. *καὶ* om. O, qui exh. *εἴασεν.* Tum *τὸν δημιουργὸν συγκατανοῆσαι* C.

γνωρίσαι. διὸ τοὺς φιλαλήθεις[1] ἔσωθεν χρὴ ἐκ στέρνων βοήσαντας ἐπικουρίαν προσκαλέσασθαι, φιλαλήθει[2] λογισμῷ, ἵνα τις ἐντὸς ὢν τοῦ οἴκου τοῦ πεπλησμένου καπνοῦ, προσιὼν ἀνοίξῃ θύραν, ὅπως δυνηθῇ τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἡλίου φῶς εἰσκριθῆναι τῷ οἴκῳ, ὁ δὲ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ὢν ἐκβληθῆναι καπνός.

XIX. Τὸν μὲν οὖν βοηθὸν ἄνδρα τὸν ἀληθῆ προφήτην λέγω, ὃς μόνος φωτίσαι ψυχὰς ἀνθρώπων δύναται, ὥστ' ἂν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς δυνηθῆναι ἡμᾶς ἐνιδεῖν[3] τῆς αἰωνίου σωτηρίας τὴν ὁδόν. ἄλλως δὲ ἀδύνατον, ὡς οἶσθα καὶ σὺ μικρῷ τάχιον εἰπών, ὡς πᾶσα ἡ[4] ὑπόθεσις ἀνασκευάζεται καὶ κατασκευάζεται, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἐκδικοῦντος δύναμιν ἡ αὐτὴ ἀληθὴς καὶ ψευδὴς νομίζεται· ὡς μηκέτι τὰς ὑποθέσεις φαίνεσθαι ὅ εἰσιν, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας φαντασίαν λαμβάνειν τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς. τούτου ἕνεκεν[5] προφήτου ἀληθοῦς ὅλον τὸ τῆς εὐσεβείας ἐδεήθη πρᾶγμα, ἵνα ἡμῖν ἐρῇ[6] τὰ ὄντα ὡς ἔστιν, καὶ ὡς δεῖ περὶ πάντων πιστεύειν. ὥστε πρῶτον χρὴ τὸν προφήτην πάσῃ τῇ προφητικῇ ἐξετάσει δοκιμάσαντα καὶ ἐπιγνόντα τὰ[7] ἀληθῆ, τοῦ λοιποῦ τὰ πάντα αὐτῷ πιστεύειν, καὶ μηκέτι τὸ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἀνακρίνειν, ἀλλὰ λαμβάνειν αὐτὰ βέβαια ὄντα, δοκούσῃ μὲν πίστει, ληφθέντα δὲ ἀσφαλεῖ κρίσει· ἀποδείξει γὰρ μιᾷ τῇ ἀπαρχῆς καὶ[8] ἀκριβεῖ

iis in quibus ipse se pinxit, neque cognoscere quod ei placet. Quocirca oportet ut veritatis studiosi intus ex pectore clament, auxiliumque advocent, ratione studium veritatis decente; quo aliquis intra domum fumo plenam consistens accedat foresque aperiat, ut lumen solis extra positum in domum possit intromitti, ignis vero fumus, qui intro est, ejici.

XIX. Hunc igitur adjutorem hominem verum Prophetam dico, qui solus animas hominum potest illuminare, quo ipsis oculis viam aeternae salutis inspicere possimus. Aliter enim fieri nequit, ut nosti, tuque paulo ante dicebas, quod nempe omne argumentum destruitur et adstruitur, atque idem juxta propugnatoris facultatem verum et falsum existimatur; adeo ut sententiae, quales sint, non jam appareant, sed per disputatores speciem accipiant veritatis aut falsitatis. Quocirca totum pietatis negotium vero Propheta indiguit, ut nobis quae sunt quemadmodum sunt diceret, ac quo modo de omnibus oporteat credere. Quare oportet primum, comprobato per omnem propheticam inquisitionem Propheta, cum cognitum erit verum esse, de caetero universa ipsi credere, nec amplius singulatim ejus dicta discutere, sed ea firma certaque praesumere; per fidem quidem, ut videtur, per indubitatum tamen judicium suscepta: per unam

1. φιλαληθεῖς C.
2. φιλαληθεῖ C. Tum S proponit ἐκτὸς p. ἐντὸς.
3. Ita S suffragante O, ἐνειδεῖν C.
4. ἡ adjunxi c. O.
5. εἵνεκεν C.
6. ἐρεῖ O.
7. τὰ addidi c. O.
8. καὶ om. O.

ἐξετάσει τῇ πανταχόθεν τὰ ὅλα ὀρθῷ εἴληπται λογισμῷ. διὸ πρὸ πάντων τὸν ἀληθῆ προφήτην ζητεῖν δεῖ, ὅτι ἄνευ τούτου βέβαιόν τι προσεῖναι ἀνθρώποις ἀδύνατον.

XX. Καὶ ὅμως ἀνέπαυσέ με, ἐκθέμενός μοι τίς ἐστι καὶ πῶς εὑρίσκεται, καὶ ἀληθῶς εὑρετόν μοι παρασχὼν αὐτόν, τῶν παρὰ ὀφθαλμοῖς ὁρωμένων ἐμφανεστέραν τῇ τοῦ προφήτου ὁμιλίᾳ τοῖς ὠσὶ δείξας τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἐκπλαγέντα με θαυμάζειν, πῶς τῶν πᾶσι ζητουμένων ἔμπροσθεν κειμένων οὐδεὶς ἐνορᾷ. πλὴν γράψας τὸν περὶ προφήτου λόγον, αὐτοῦ κελεύσαντος [1] ἀπὸ τῆς Καισαρείας τῆς Στράτωνος διαπεμφθῆναί σοι ἐποίησε [2] τὸν τόμον, παρά σου ἐντολὴν ἔχειν εἰπών, τὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁμιλίας τε καὶ πράξεις γράφοντα διαπέμπειν σοι. ὅμως ἐν μιᾷ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀρχὴν ἤδη μόνον ποιούμενος περὶ τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου, περὶ πάντων με ἐπληροφόρησεν. καὶ εἶθ' οὕτως ἔφη· ἐνόρα τοῦ λοιποῦ τὰς ἐξ ἐμοῦ πρὸς τοὺς ἐξ ἐναντίας γινομένας ζητήσεις· καὶ εἰ τὸ ἧττον ἀπενέγκωμαι, οὐ δέδια μή πως σὺ περὶ τῆς παραδοθείσης σοι ἀληθείας διακριθῇς, εὖ [3] εἰδὼς ὅτι ἐγὼ ἡττᾶσθαι ἔδοξα, οὐχ' [4] ἡ ὑπόθεσις ἡ διὰ τοῦ προφήτου παραδοθεῖσα ἡμῖν. πλὴν ἐλπίζω μηδὲ [5] ἐν τῷ ἐξεταστικῷ λόγῳ τὸ ἧττον ἀπενέγκασθαι πρὸς τοὺς νοῦν ἔχοντας, φιλαληθεῖς

enim ab initio demonstrationem atque exactam disquisitionem, undique collectam, cuncta ratione recta assumpta sunt. Quare ante omnia verus Propheta quaerendus est; quoniam sine ipso firmi quid apud homines nequit consistere.

XX. Simulque satisfecit mihi, exponens, quis sit, et quo pacto inveniatur; vereque inventu facilem eum mihi praebuit; atque per sermones de Propheta auribus meis veritatem clariorem iis, quae per oculos cernuntur, reddidit; adeo ut obstupefactus mirarer, quo modo ea quae omnes quaerunt, coram posita nemo videat. Itaque jussu ipsius de vero Propheta conscripsi librum, quem de Caesarea Stratonis ad te mitti voluit, dicens se a te habere in mandatis, singulorum annorum allocutiones et actiones descriptas ad te destinare. Caeterum uno ac primo die, solummodo jam incipiens de veritatis Propheta, in omnibus certum me reddidit: posteaque ita infit: considera deinceps quas contra adversarios habiturus sum disputationes; et inferior si recessero, non vereor ne forte tu de tradita tibi veritate ambigas; ut qui scias, me quidem superatum videri, non autem nobis a Propheta traditam doctrinam. Spero tamen neque in disquisitionum sermonibus inferiora relaturum me, apud

1. κελεύσαντα O, ex quo accessit τῆς ante Στράτωνος.

2. Manifesta est hujus loci corruptela. Rufinus ita interpretatur: „unde jubente eo — librum — conscripsi, eumque ad te ipso jubente transmisi. Dicebat enim, mandatum se accepisse abs te, ut — transmitteret.“ Unde crediderim corrigendum esse ἐποίησα et εἰπόντος. Si anacoluthia conceditur, inserendum saltem οὗ post κελεύσαντος. S.

3. εὖ D, ἢ C O.

4. οὐχὶ C.

5. Ita S, μή τε C O. Tum ἐξετᾶσται O mendose.

λέγω, οἵτινες δύνανται γνωρίζειν τῶν λόγων τίνες εἰσὶ πιθανοί, ἔντεχνοί τε καὶ ἐπιτερπεῖς, τίνες τε[1] λιτοὶ καὶ ἁπλοῖ, μόνῃ τῇ δι' αὐτῶν ἀληθείᾳ πεποιθότες.

XXI. Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπεκρινάμην· ἤδη εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ· ὡς γὰρ ἐβουλόμην πληροφορηθῆναι, οὕτως μοι καὶ παρέσχεν. πλὴν τὰ περὶ ἐμοῦ τοσοῦτον ἀμέριμνος[2] ἴσθι, ὅτι οὐ πώποτε ἐνδοιάσω, τοσοῦτον[3], ὅσον εἰ καὶ αὐτὸς σὺ βουληθείης ποτὲ τῆς προφητικῆς ὑποθέσεως ἐκστῆσαί με, ἀδυνατῶν οὐ δυνήσῃ[4], τοσοῦτον οἶδα ὃ παρείληφα. καὶ μή τοι[5] νόμιζέ μέ σοι μέγα ἐπαγγέλλεσθαι, τοῦτ' αὐτὸ τὸ μὴ ἐνδοιάσαι ποτέ· ἀλλ' οὔτ' αὐτὸς[6] ἐγὼ οὔτε τις ἀνθρώπων τῶν[7] περὶ προφήτου λόγων ἐπακούσας ἐνδοιάσαι ποτὲ δυνήσεται περὶ τῆς ἀληθοῦς[8] ὑποθέσεως, πρότερον ἐπακούσας καὶ νοήσας, τί ἐστι προφητικῆς ἐπαγγελίας ἀλήθεια. διὸ θάρρει τῷ θεοβουλήτῳ δόγματι· πᾶσα γὰρ τέχνη κακίας νενίκηται. πρὸς γὰρ προφητείαν οὐδὲν δύνανται οὔτε τέχναι λόγων, οὔτε σοφισμάτων ἐπίνοιαι, οὐ συλλογισμοί, οὐκ ἄλλη τις μηχανή· ἐάν γε ὁ ἐπακούσας προφήτου ἀληθοῦς ἀληθείας ὄντως ὀρέγεται, καὶ οὐ προφάσει ἀληθείας ἕτερόν τι περιβλέπεται. ὥστε[9] κύριέ μου Πέτρε, μὴ ἀθύμει, ὡς ἀναισθήτῳ τὸ

homines mente praeditos, amatores, inquam, veritatis, qui discernere valeant quinam sermonum persuasorii sunt, artificiosi et jucundi, quinam vero inculti simplicesque, in sola quam proferunt veritate confidentes.

XXI. Postquam haec dixisset, respondi: jam gratias Deo ago, quia sicut volui plenitudinem certitudinis accipere, ita et mihi tribuit. Caeterum quod ad me attinet, noli amplius esse sollicitus, quoniam dubitabo numquam; in tantum, ut etiam si tu ipse velis aliquando me a fide Prophetae avertere, rem impossibilem perficere non poteris, adeo quod accepi, mente teneo. Neque vero existimes, magnum a me promitti, hoc ipsum, quod numquam sim haesitaturus: sed neque ipse ego, nec ullus hominum auditis sermonibus de Propheta ambigere unquam de vera doctrina poterit, cum prius audierit intellexeritque quid sit propheticae repromissionis veritas. Quare confide de Deo placitae sententiae. Omnis quippe devicta est ars malitiae. Nam adversus prophetiam nihil possunt neque verborum artificia, neque sophismatum excogitationes, non syllogismi, non alia quaeniam machinatio; si veri Prophetae auditor veritatem omnino appetit, non autem veritatis praetextu respicit aliud quidpiam. Itaque Domine mi Petre, anxius ne sis, quasi maximum donum homini sensu carenti

1. τε O c. S, γε C.
2. ἀμέριμνον O.
3. τοσοῦτον expungendum. S Tum βουληθείς ποτε O.
4. Ita O, ἠδυνήσῃ C, σε ἀδυνατῆσαι vel ἂν ἀδυνατήσαις proposuit S.
5. τι O. Tum μέ σοι D, μοι σὺ C, Rufinus: „tibi me." Deinde τοῦτο C.
6. αὐτὸ O.
7. τὸν — λόγον C.
8. ἀληθείας O, in marg. eadem man. correctum in ἀληθοῦς. Dein τίς ἐστιν C.
9. καὶ οὔτε O.

μέγιστον δωρησάμενος ἀγαθόν. αἰσθομένῳ γὰρ χάριτος ἐδωρήσω[1], καὶ μὴ δυναμένῳ ἀπατηθῆναι ἀπὸ τοῦ δοθέντος ἀληθοῦς. οἶδα γὰρ ὅτι ἕν ἐστιν[2] ὧν βούλεταί τις καὶ ταχέως λαβεῖν καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν[3]. οἶδα οὖν μὴ καταφρονεῖν τοῦ δοθέντος μοι, διὰ τὸ τάχος, ἀσυγκρίτου καὶ μόνου ἀσφαλοῦς.

XXII. Ταῦτά μου εἰπόντος ὁ Πέτρος ἔφη· χάριν ὁμολογῶ τῷ Θεῷ καὶ περὶ τῆς σῆς σωτηρίας καὶ περὶ τῆς ἐμῆς[4] ἀπολαύσεως. ἀληθῶς γὰρ ἥδομαι εἰδὼς ὅτι ἐπέγνως τί ποτ᾽ ἔστι προφητείας[5] μέγεθος. ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔφης[6], οὐδ᾽ ἂν αὐτὸς ἐγὼ θελήσω ποτέ, ὅπερ ἀπείη, εἰς ἕτερόν σε μεταστῆσαι δόγμα, οὐχ[7] ἱκανὸς ἔσομαι πεῖσαί σε, ἄρξαι τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τῆς αὔριον παρεῖναί μοι ἐν ταῖς τῶν ἀντικειμένων ζητήσεσιν. ἔστι δέ μοι ἡ αὔριον πρὸς Σίμωνα μάγον. καὶ ταῦτ᾽[8] εἰπὼν καὶ τροφῆς αὐτὸς μεταλαβὼν ἰδίᾳ κἀμὲ μεταλαβεῖν ἐκέλευσεν· εὐλογήσας δὲ ἐπὶ τῆς τροφῆς καὶ εὐχαριστήσας, μετὰ τὸ κορεσθῆναι καὶ αὐτοῦ τούτου τὸν λόγον μοι ἀποδοὺς ἐπήγαγε λέγων· δώη σοι ὁ Θεὸς κατὰ πάντα ἐξομοιωθῆναί μοι, καὶ βαπτισθέντα τῆς αὐτῆς μοι μεταλαβεῖν τραπέζης. ταῦτα εἰπὼν ἡσυχάζειν μοι προσέταξεν. ἤδη γάρ που καὶ τὸν ὕπνον ἀπῄτει ἡ τοῦ σώματος φύσις.

tradideris. Sentienti enim gratiam dedisti, eique qui circa traditum verum non poterit decipi. Novi quippe id unum esse ex iis, quae aliquis cupierit cito accipere, non autem tarde consequi. Scio igitur non contemnendum esse ob celeritatem, quod datum mihi est, quodque est incomparabile ac solum tutum.

XXII. Haec postquam locutus sum, Petrus dixit: gratiam Deo habeo, et pro salute tua, et pro meo commodo atque oblectamento. Vere siquidem gaudeo, sciens te quaenam sit prophetiae magnitudo cognovisse. Quoniam ergo, ut dixisti, neque si ipse ergo aliquando, quod absit, voluerim te ad aliud dogma transferre, idoneus ad te persuadendum futurus sum, incipe deinceps ex crastina die mihi in quaestionibus contra adversarios agitandis adesse. Crastina autem est mihi adversus Simonem magum. Atque his dictis et ipse cibum sumpsit, meque privatim jussit sumere. Benedicto autem cibo, actisque gratiis, postquam expletus fuit, illius quoque rei ratione mihi reddita subjunxit dicens: det tibi Deus, ut in omnibus mihi similis efficiaris, utque baptizatus ejusdem mecum particeps fias mensae. Quibus dictis quiescere me praecepit. Jam enim et somnum natura corporis expetebat.

1. ἐδώρησας C.
2. ἔνεστιν O.
3. ἀτυχεῖν („perdere") conj. D, ut evitetur tautologia. Fortasse verba illa loco suo movenda sunt, ut legatur versu insequenti διὰ τὸ τάχος καὶ μὴ βραδέως τυχεῖν. S.
4. Ita O c. S, τῆς καὶ περὶ ἐμῆς C.
5. Ita O c. S. προφητίας C.
6. ὡς ἔφης om. O.
7. Ita O c. S, οὐκ C.
8. ταῦτα C. Tum μεταλαβεῖν O.

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

I. Τῇ μὲν οὖν ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἐγὼ Κλήμης, ἔτι τῆς νυκτὸς οὔσης διυπνισθεὶς[1], καὶ μαθὼν τὸν Πέτρον ἐγρηγορότα καὶ τοῖς συνοῦσι περὶ θεοσεβείας[2] διαλεγόμενον· οἳ ἦσαν δεκαέξ, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα, ὡς ἕκαστον[3] ἑξῆς χρόνου μαθών, ἐκθεῖναι ἐβουλευσάμην, ὅπως ἐπιγνῷς καὶ τίνες ἦσαν· ὧν πρῶτος Ζακχαῖος ὅ ποτε τελώνης, καὶ Σοφωνίας[4] ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰώσηφός τε καὶ ὁ τούτου σύντροφος Μιχαίας, προσέτι δὲ Θωμᾶς καὶ Ἐλιέζερος[5] οἱ δίδυμοι, ἀλλὰ καὶ Αἰνείας[6] καὶ Λάζαρος οἱ ἱερεῖς, προσέτι μήν τε καὶ Ἐλισσαῖος, Βενιαμίν τε καὶ[7] ὁ τοῦ Σαφρᾶ, ὁμοίως γε Ῥούβιλος καὶ Ζαχαρίας οἱ οἰκοδόμοι, Ἀνανίας τε καὶ Ἀγγαῖος οἱ Ἰαμμηνοὶ[8], τε Νικήτης καὶ Ἀκύλας οἱ ἑταῖροι· πλὴν ἐπεισιὼν καὶ προσαγορεύσας ἐκαθέσθην, αὐτοῦ κελεύσαντος.

II. Ὁ δὲ τὸν προκείμενον ἐκκόψας λόγον[9], ὥσπερ ἀπολογούμενος ἐπληροφόρει τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐξύπνισέ με, ὅπως τῶν λόγων ἐπακούσω, αἰτίαν τιθέμενος τὸν ἐκ τοῦ πλοῦ σκυλμόν[10]· ἐκεῖνον πεφθῆναί μοι θέλων ἡσυχάζειν εἴασεν. ὁπόταν γὰρ[11] ἡ ψυχὴ περὶ τὸ λεῖπον τῷ σώματι ἀσχολεῖται[12], τὰ προσφερόμενα μαθήματα οὐ κατ' ἀξίαν προσίεται. τούτου

HOMILIA SECUNDA.

I. Sequenti ergo die ego Clemens, cum adhuc nox esset, e somno excitatus, ubi intellexissem Petrum vigilare, et cum iis qui una erant de cultu Dei disserere: (erant autem sedecim, quorum et nomina, quippe qui singula sequenti tempore didicerim, exponere eo constitui, ut quinam fuerint addiscas; quorum primus Zacchaeus, olim publicanus, et Sophonias frater ejus, Josephus illiusque sodalis Michaeas, praeterea Thomas et Eliezerus gemini, sed et Eneas Lazarusque sacerdotes, insuperque adhuc Elisaeus, et Benjamin Saphrae filius, itidem Rubilus et Zacharias architecti, Ananias et Aggaeus Jammeni, necnon Nicetas et Aquila socii) etiam ingressus, cum salutassem, eo jubente consedi.

II. Ille autem institutum sermonem interrumpens, quasi se purgando rationem reddidit, cur non expergefecisset me, quo verba ipsius audirem, caussam reddens navigationis molestiam, quam a me concoqui dum vult, quiescere permisit. Etenim quando anima circa id quod corpori deest occupatur, doctrinam oblatam non prout par est amplectitur. Quapropter sermocinari nolo

1. O scr. διυπνοισθεὶς.
2. θεολογίας O. Dein δέκα ἕξ C.
3. ἑκάστου O.
4. σοφονίας O. Idem ἰώσηπος.
5. ἐλιέζερ O.
6. Ita S ex consilio Clerici. Cfr. Act. ap. IX, 3. 34. Ἐνέας C, αἰνέας O.
7. καὶ om. O. Idem γερούβλιος p. γε Ῥούβιλος.
8. Forte scribendum Ἰαμνηνοί, a Jamnia, ut iidem sint Jamneni, qui Jamnitae 2 Macc. XII, 9. At lectio Epitomes Ἀμμηνοί exponi potest per civitatem nomine Amma, de qua Jos. XIX. 30. C.
9. τοῦ προκειμένου ἐγκόψας λόγου O.
10. πλοῦς κυλμόν O.
11. γὰρ restitui c. O. et ex Supplendis Cot.
12. Corrige ἀσχολῆται. S.

ἕνεκα διαλέγεσθαι οὐ βούλομαι, οὔτε πάνυ διά τινα συμφορὰν λυπουμένοις, ἢ ἀμέτρως[1] ὀργιζομένοις, ἢ πρὸς λύσσαν ἔρωτος ἐκτετραμμένοις, ἢ τὸ σῶμα καταπεπονημένοις[2], ἢ ὑπὸ βιωτικῶν φροντίδων περιωθουμένοις, ἢ ἄλλοις τισὶ πάθεσιν ὀχλουμένοις, οἷς ἡ ψυχή, ὡς ἔφην, ὑποπίπτουσα, καὶ τῷ σώματι πάσχοντι συναλγοῦσα, καὶ τὴν αὐτῆς[3] φρόνησιν ἀσχολεῖ.

III. Καὶ μὴ λεγέτωσαν[4]· οὐ χρὴ οὖν παραμυθίας καὶ νουθεσίας προςφέρειν τοῖς φαῦλόν τι πράττουσιν. φημί, εἰ μὲν ἀνύει τις, προσφερέτω· εἰ δὲ μή, τῷ καιρῷ εἰξάτω. ἐγὼ γὰρ οἶδα[5] ὅτι πάντα καιρὸν ἴδιον ἔχει. διὸ χρὴ τοῖς ἀνθρώποις τοὺς τὴν ψυχὴν ῥωννύντας λόγους πρὸ τῆς κακώσεως ἐπιδιδόναι, ἵνα εἴ ποτε ἐπέλθοι[6] τι φαῦλον, ὁ νοῦς προωπλισμένος ὀρθῷ τῷ λογισμῷ τὸ ἐπενεχθὲν ὑποστῆναι δυνηθῇ. τότε γὰρ καὶ τῷ διὰ γνώμης ἀγαθῆς βοηθήσαντι παρὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ πολέμου οἶδεν ὁ νοῦς συντρέχειν.

IV. Πλὴν ἔμαθον, ὦ Κλήμης, ὡς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὁ Βαρνάβας τὸν περὶ προφητείας λόγον τελείως σοι ἐξέθετο· ἢ γὰρ οὔ; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ναί, καὶ πάνυ καλῶς. καὶ ὁ Πέτρος· οὐκοῦν οὐκ ἀναγκαῖον, τὸν νῦν χρόνον δυνάμενον ἡμῖν ὑπηρετεῖν εἰς ἑτέρους λόγους οὓς οὐκ ἐπίστασαι, εἰς οὓς ἐπίστασαι ποιεῖσθαι τὴν ἀσχολίαν. κἀγὼ[7] ἔφην· ὀρθῶς ἔφης Πέτρε. ἐμοὶ δὲ τοῦτο χαρίζου πάντοτέ σοι συνεῖναι κρίναντι, τὸν περὶ

cum iis, qui aut calamitatis cujuspiam causa contristantur admodum, aut immodice irascuntur, aut in amoris rabiem vertunt se, aut corporis labore defatigati sunt, aut a curis saecularibus vexantur, aut aliis turbantur affectibus; in quibus hominibus anima, quemadmodum dixi, concidens, et cum corpore aegrotante condolens, vacat sua prudentia.

III. Neque dicat aliquis: non igitur oportet consolationes et admonitiones iis admovere, qui mali aliquid habent ac gerunt. Aio, quod si quidem aliquis proficit, adhibeat; sin minus, tempori concedat. Scio etenim, cuncta habere suum tempus. Quare oportet sermones qui animum roborant hominibus ante vexationem tradere; ut si quid forte pravi acciderit, mens prius armata recta ratione possit id quod illatum est perferre. Tunc quippe ei qui per bonum consilium opitulatus est, mens in ipso conflictationis articulo solet concurrere.

IV. Caeterum audivi, Clemens, Barnabam tibi Alexandriae omnino exposuisse doctrinam de prophetia; an id verum non est? Et ego respondi: ita est, admodum praeclare id fecit. Et Petrus: non igitur necesse est, ut hoc tempus in iis enarrandis quae nosti insumatur, cum ad alios sermones, quos ignoras, nobis possit inservire. Et ego dixi: recte ais, Petre. Id tamen mihi pro munere concede, qui semper tecum manere constitui, sermonem de Pro-

1. ἀμέτροις O.
2. Vbb. ἢ τὸ σῶμα καταπεπονημένοις accesserunt ex O.
3. Ita S, αὐτῆς C. O.
4. λεγέτω τις C.
5. Eccl. 3, 1.
6. ἐπέλθῃ (sic) O.
7. ἐγὼ C.

τοῦ [1] προφήτου λόγων ἡδέως ἀκούοντι συνεχῶς ὑφηγεῖσθαι· ἄνευ γὰρ αὐτοῦ, ὡς ἔμαθον παρὰ Βαρνάβα, τὴν ἀλήθειαν μαθεῖν ἀδύνατον.

V. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπὶ τούτῳ μεγάλως ἡσθεὶς ἀπεκρίνατο· ἤδη μὲν ἡ πρός σε διόρθωσις τέλος εἴληφεν, ἐπεγνωκότα [2] τῆς ἀπταίστου προφητείας τὸ μέγεθος, ἧς ἄνευ λαβεῖν τινὶ τὸ ἐν ὑπεροχῇ συμφέρον ἀδύνατον. πολλῶν γὰρ καὶ διαφόρων ἀγαθῶν ὄντων ἐν τοῖς οὖσιν ἢ ἔσεσθαι δυναμένοις, τὸ πάντων μακαριώτατον, εἴτε ἀΐδιός ἐστιν ζωή [3], ἢ παράμονος ὑγεία, ἢ τέλειος νοῦς, ἢ φῶς, ἢ χαρά, ἢ ἀφθαρσία, ἢ καὶ ἄλλο τι ὃ ἐν τῇ τῶν ὄντων φύσει ὑπερέχον ὑπάρχει καλὸν ἢ ὑπάρξαι δύναται τοῦτο — οὐκ ἄλλως ἔστιν αὐτὸ κτήσασθαι, μὴ πρότερον γνόντα τὰ ὄντα ὡς ἔστιν· τῆς δὲ γνώσεως οὐκ ἄλλως τυχεῖν ἔστιν, ἐὰν μὴ πρότερόν τις τὸν τῆς ἀληθείας προφήτην ἐπιγνῷ.

VI. Προφήτης δὲ ἀληθείας ἐστὶν ὁ πάντοτε πάντα εἰδώς, τὰ μὲν γεγονότα ὡς ἐγένετο, τὰ δὲ γινόμενα ὡς γίνεται, τὰ δὲ ἐσόμενα ὡς ἔσται, ἀναμάρτητος, ἐλεήμων, μόνος τὴν ἀλήθειαν ὑφηγεῖσθαι πεπιστευμένος. ἀναγίνωσκε, καὶ εὑρήσεις τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν [4] τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν νομίσαντας [5]. τοῦτο γὰρ προφήτου ἴδιον, τὸ τὴν ἀλήθειαν μηνύειν, ὥσπερ ἡλίου ἴδιον τὸ τὴν ἡμέραν φέρειν. διὰ τοῦτο ὅσοι ποτὲ ἀλήθειαν γνῶναι ἐπεθύμησαν, παρὰ δὲ τούτου μαθεῖν αὐτὴν οὐκ εὐτύχησαν, μὴ εὑρόντες,

pheta explicare assiduo lubenter audienti. Absque illo enim, sicut a Barnaba accepi, veritas disci non potest.

V. Petrus eo responso valde delectatus jam, inquit, finem accepit quae ad te pertinet emendatio, ut qui cognoscas magnitudinem indubitatae prophetiae, sine qua impossibile est cuiquam id consequi quod summe juvat. Nam cum in rebus multa et varia bona sint ac esse possint, quod omnia beatitudine superat, vel vita aeterna, vel perpetua sanitas, vel perfecta mens, vel lumen, vel gaudium, vel immortalitas, vel si quid aliud est aut exsistere potest excellens in rerum natura: id non aliter possidere est, nisi prius res quemadmodum exstant cognoscantur; ea vero scientia continget numquam, nisi agnito antea Propheta veritatis.

VI. Propheta autem veritatis ille est, qui omnia omnino scit, praeterita ut fuerunt, praesentia ut sunt, futura ut erunt; qui est impeccabilis, et misericors; cuique soli edisserendae veritatis provincia demandata est. Lege; et invenies eos qui a seipsis veritatem se nactos fuisse existimarunt. Id quippe Prophetae proprium est, veritatem indicare; quemadmodum soli proprie competit, diem inducere. Quocirca quotquot veritatem desiderarunt cognoscere, et ab hoc eam discere non obtinuerunt, ea non inventa, in disquisitione ob-

1. τοῦ inserui c. O.
2. Prima man. scripsit in O εἴληφεν ἐπὶ τούτῳ ἐπεγνωκότα.
3. Prius ἡ ζωή in O.
4, Ita O. c. S, ἀπὸ ἑαυτῶν C.
5. Post νομίσαντας excidisse aliqua videntur. Supple ἐνεδρευθῆναι (cfr. c. 7) vel simile aliquid. S.

ζητοῦντες ἐτελεύτησαν. ὁ γὰρ τὴν ἀλήθειαν ζητῶν παρὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀγνοίας λαβεῖν πῶς ἂν δύναιτο; κἂν γὰρ εὕρῃ[1] οὐκ εἰδὼς αὐτὴν ὡς οὐκ οὖσαν παρέρχεται. οὔτ' αὖ παρ' ἑτέρου, τοῦ ὁμοίως ἐξ ἀγνωσίας γνῶσιν ἔχειν ἐπαγγελλομένου[2], ἀληθείας κρατεῖν δυνατὸς ἔσται[3] πλὴν πολιτείας μόνης, καὶ ταῦτα ἐκείνης τῆς διὰ τὸ εὔλογον γνωρισθῆναι δυναμένης, ἥτις ἑκάστῳ ἐκ τοῦ μὴ θέλειν ἀδικεῖσθαι, τοῦ μὴ δεῖν ἄλλον ἀδικεῖν τὴν γνῶσιν παρίστησιν.

VII. Πάντες μὲν οὖν ὅσοι ποτὲ ἐζήτησαν τὸ ἀληθές, τὸ δύνασθαι εὑρεῖν ἑαυτοῖς πιστεύσαντες[4], ἐνηδρεύθησαν. τοῦτο ὅπερ πεπόνθασι καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων φιλόσοφοι, καὶ βαρβάρων οἱ σπουδαιότεροι. ἐκ στοχασμῶν γὰρ ἐπιβάλλοντες τοῖς ὁρατοῖς περὶ τῶν ἀδήλων ἀπεφήναντο, τὸ ὅπως ποτὲ παραστὰν[5] αὐτοῖς, τοῦτο ἀληθὲς εἶναι νομίσαντες. ὡς γὰρ εἰδότες ἀλήθειαν, οἱ ἀλήθειαν ἔτι ζητοῦντες, τῶν παρισταμένων αὐτοῖς ὑπολήψεων ἃς μὲν ἀποδοκιμάζουσιν, ἃς δὲ[6] κρατύνουσιν, ὥσπερ εἰδότες, μὴ εἰδότες ποῖα μέν ἐστιν ἀληθῆ, ποῖα δὲ ψευδῆ. καὶ δογματίζουσι περὶ ἀληθείας, οἱ ἀλήθειαν ἐπιζητοῦντες[7], οὐκ εἰδότες ὅτι ὁ ἀλήθειαν ζητῶν παρὰ τῆς αὐτοῦ πλάνης μαθεῖν αὐτὴν οὐ δύναται. οὔτε γάρ, ὡς ἔφην, παρεστηκυῖαν αὐτὴν ἐπιγνῶναι δύναται[8], ἣν ἀγνοεῖ.

VIII. Πείθει δὲ ἕκαστον ἀφ' ἑαυτοῦ ζητοῦντα μαθεῖν οὐ πάντως τὸ

ierunt diem. Nam qui veritatem quaerit, a sua ignorantia accipere eam quo modo poterit? Licet enim repererit, cum illam non cognoscat, quasi absentem praeteribit. Sed nec ab alio similiter ignaro quamvis scientiam repromittat, veritatem tenere poterit: nisi quod solam discet vitae conversationem, quae scilicet propter consensum cum ratione sciri potest, quaeque singulos, ex eo quod nolunt injuria affici, docet non oportere alteri injuriam facere.

VII. Quotquot igitur verum quaesierunt, se credentes illud per ipsosmet inventuros, decepti sunt. Idque graecis philosophis et barbarorum sapientibus contigit. Nam conjecturis considerantes visibilia, de rebus obscuris pronunciarunt; quod sibi quoquo modo videbatur, id verum esse arbitrati. Quasi enim gnari veritatis, qui adhuc eam quaerunt, opinionum quae sese offerunt alias abjiciunt, alias retinent, ac si cognoscerent; ignari quae vera sint, quae falsa; et de veritate decernunt, qui veritatem inquirunt, nescientes quod qui veritatem quaerit, a suo errore non potest eam addiscere. Neque enim, ut dixi, praesentem eam potest recognoscere, quam ignorat.

VIII. Porro eum, qui a seipso quaerit discere, persuadet non sane quod

1. εὕροι C.
2. ὁμοίως ὡς ἐξ ἀγνωσίας ἔχειν ἐπ. C.
3. δυνατὸν ἔστι O.
4. In Cod. 804 post πιστεύσαντες additur μὴ δεόμενοι τῆς θείας διδαχῆς.
5. Ita O c. S ποτὲ τὸ παραστὰν C.
6. ἃ μὲν — ἃ δὲ C.
7. Fortasse ἔτι ζητοῦντες, ut supra. S.
8. Vbb. οὔτε γάρ, ὡς ἔφην, παρεστηκυῖαν αὐτὴν ἐπιγνῶναι δύναται non leguntur in O.

ἀληθές, ἀλλὰ τὸ τέρπον. ἐπεὶ οὖν ἄλλον ἄλλο τι [1] τέρπει, ἄλλου ἄλλο κρατεῖ ὡς ἀληθές [2]. τὸ δὲ ἀληθές ἐστι τὸ δοκοῦν τῷ προφήτῃ, οὐ τὸ ἑκάστῳ ἡδύ [3]. πολλὰ γὰρ ἂν ἦν τὸ ἕν, εἰ τὸ τέρπον ἀληθὲς ἦν, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. διὰ τοῦτο καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων φιλόλογοι, οὐ φιλόσοφοι, διὰ στοχασμῶν τοῖς πράγμασιν ἐπιβάντες, πολλὰ καὶ διάφορα ἐδογμάτισαν, τὴν οἰκείαν τῶν ὑποθέσεων ἀκολουθίαν ἀλήθειαν εἶναι νομίσαντες, οὐκ εἰδότες, ὅτι αὐτῶν ψευδεῖς ἀρχὰς ἑαυτοῖς ὁρισαμένων, τῇ μὲν [4] ἀρχῇ αὐτῶν τὸ τέλος συμφωνίαν εἴληφεν.

IX. Ὅθεν δεῖ πάντα παρελόμενον μόνῳ τῷ [5] τῆς ἀληθείας πιστεύειν ἑαυτὸν προφήτῃ, ὃν πάντες κρῖναι δυνάμεθα, εἰ προφήτης ἐστίν, κἂν πάνυ ἀμαθεῖς ὦμεν, καὶ σοφισμῶν ἰδιῶται [6], καὶ γεωμετρίας ἄπειροι, καὶ μουσικῆς ἀμύητοι. εὐκολωτέραν [7] γὰρ τὴν περὶ αὐτοῦ εὕρεσιν ὁ Θεὸς τέθεικε [8] πᾶσιν, ὡς πάντων κηδεμών· ἵνα μήτε βάρβαροι ἐξασθενῶσιν αὐτόν, μήτε Ἕλληνες ἀδυνατῶσιν εὑρεῖν. ῥᾳδία μὲν οὖν ἡ [9] περὶ αὐτοῦ εὕρεσις ὑπάρχει. ἔστι δὲ ἥδε.

X. Εἰ προφήτης ἐστίν, καὶ δύναται εἰδέναι ὡς ἐγένετο [10] ὁ κόσμος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γινόμενα, καὶ τὰ εἰς τέλος ἐσόμενα· ἐὰν ἡμῖν ᾖ τι προει-

verum est, sed quod delectat. Quando igitur alium aliud oblectat, alterum alteri pro vero tenetur. Verum autem id est, quod Prophetae videtur, non vero quod unicuique placet. Nam si verum esset, quod delectat, multa esset, id quod unum est; quod fieri nequit. Propterea Graecorum philologi, non philosophi *(amatores sermonum, non sapientiae)* per conjecturas res aggressi multa et varia docuerunt: rati propriam hypotheseon consequentiam esse veritatem; nec scientes quod cum sibi falsa principia definivissent, cum principio eorum finis concordavit.

IX. Unde oportet, omnia praetereundo, soli veritatis Prophetae se ipsum credere, de quo omnes dijudicare possumus, an sit Propheta, etsi valde simus imperiti, ac in sophismis rudes et ignari geometriae, atque in musica non initiati. Deus quippe, ut omnium curator, cunctis facillimam fecit illius inventionem: quo ad eum reperiendum neque Barbari essent invalidi, neque Graeci impotentes. Itaque facilis est de ipso inventio. Haec autem est.

X. Si Propheta est, et potest scire quo modo factus sit mundus, quaeque in eo consistunt, quaeque aliquando erunt: si aliquid nobis praedixit, quod

1. τι inserui c. O.
2. Lege ἄλλον ἄλλος κρατεῖ ὡς ἀληθοῦς. D.
3. εἴδει O. Tum addidi εἰ c. eodem et ex conjectura Ci.
4. μὲν om. O.
5. τῷ non omittere debebant Cl. et S.
6. ἰδιῶτον O.
7. Ita S, εὐκολοτέραν C, εὐκωλοτέραν O.
8. Ita O c. S, τέθηκεν C.
9. ἡ excidit ap. S. Idem περὶ αὐτοῦ ex conject. Ci, cujus text. περὶ αὐτούς, ut C.
10. ἐμένετο edidit Cl, non C, ut minus accurate scr. S.

ρηκώς, ὃ εἰς τέλος ἐγνώκαμεν γεγενημένον[1], καλῶς αὐτῷ ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων καὶ τὰ ἐσόμενα ἔσεσθαι πιστεύομεν, οὐ μόνον ὡς γινώσκοντι, ἀλλὰ καὶ προγινώσκοντι. τίνι οὖν, κἂν βραχὺν νοῦν ἔχοντι, οὐ φαίνεται, ὡς χρὴ τούτῳ παρὰ πάντας πιστεύειν τὰ τῷ Θεῷ δόξαντα, ὃς μόνος παρὰ πάντας ἀνθρώπους[2] καὶ μὴ μαθὼν ἐπίσταται; διό, ἂν τῷ τοιούτῳ, λέγω δὲ τῷ πρόγνωσιν ἔχοντι διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος θειότητα, τὸ ἀληθὲς εἰδέναι μὴ διδόναι τις θέλοι, τινὶ ἑτέρῳ δοὺς εἰδέναι, οὐκ ἐνδεὴς ὑπάρχει φρενῶν, ἀποδεδωκὼς τῷ μὴ προφήτῃ, ἃ προφήτῃ εἰδέναι δοῦναι οὐκ ἐβουλήθη;

XI. Ὅθεν πρὸ πάντων πάσῃ κρίσει διὰ τῆς προφητικῆς ἐπαγγελίας τὸν[3] προφήτην ζητεῖν δεῖ, καὶ γνόντα, τοῖς λοιποῖς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγοις ἀνενδοιάστως ἕπεσθαι, καὶ θαρροῦντα περὶ τῶν ἐλπιζομένων, πολιτεύεσθαι τῇ πρώτῃ κρίσει, γνόντα οὖν[4], ὅτι ὁ ταῦτα εἰπὼν πρὸς τὸ ψεύσασθαι φύσιν οὐκ ἔχει. διὸ ἐάν τι τοῦ λοιποῦ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων δοκῇ ἡμῖν[5] μὴ καλῶς εἰρῆσθαι, εἰδέναι χρὴ ὅτι οὐκ αὐτῷ[6] εἴρηται κακῶς, ἀλλ' αὐτὸ ἡμεῖς καλῶς ἔχον οὐκ ἐνοήσαμεν. ἄγνοια γὰρ γνῶσιν οὐκ ὀρθῶς κρίνει, ἅτε δὴ οὔτε γνῶσις πρόγνωσιν ἀληθῶς κρίνειν πέφυκεν. ἀλλ'[7] ἡ πρόγνωσις τοῖς ἀγνοοῦσι παρέχει τὴν γνῶσιν.

XII. Ὅθεν, ὦ φίλε Κλήμης, εἴγε τὰ τῷ Θεῷ διαφέροντα γνῶναι θέ-

scimus evenisse, recte ei ex iis quae jam facta fuerunt, futura quoque credimus fore, tamquam non solum scienti, verum et praescienti. Cui ergo, quamquam exiguum ingenium habenti, non apparet, de consiliis Dei ei prae omnibus credendum qui solus prae omnibus hominibus ea novit, licet non didicerit? Quare tali, praecognitionem, inquam, habenti per divinitatem spiritus quae in ipso exsistit, si quis nolit veri cognitionem tribuere, et eam alteri cuipiam tradit, nonne mentis inops est, qui adscribat non Prophetae scientiam, quam noluit Prophetae concedere?

XI. Quare ante universa omni judicio oportet per propheticam promissionem Prophetam quaerere; eoque cognito reliquis doctrinae ejus sermonibus adhaerere sine ulla dubitatione atque confidendo de bonis quae sperantur, juxta primum judicium vivere; sciendo videlicet, quod qui ea verba protulit, ita natura comparatus est, ut mentiri nequeat. Quamobrem si de caetero aliquid ab eo dictorum nobis non recte dictum videatur, scire oportet, non ab eo prave dictum esse, sed nos id quod bene dictum erat, non intellexisse. Neque enim ingnorantia recte cognitionem dijudicat: sicuti nec scientia vere potest judicare praescientiam; verum praescientia ignorantibus tribuit scientiam.

XII. Qûocirca, amice Clemens, si quae ad Deum pertinent cognoscere

1. Ita O c. S, γεγενημένων C.
2. ἀνθρώπους om. O.
3. τὸ O.
4. γνόντα, οὖν C, cujus conjecturam γνόντα οὖν, ὅτι exhibet O; γνόντα ὅτι S.
5. ὑμῖν O, quocum dedi μὴ καλῶς. Deest μὴ ap. C, qui propterea conj. κακῶς. S οὐ καλῶς.
6. αὐτὸ C. Tum deest κακῶς in O.
7. ἀλλὰ O.

λεις[1], παρὰ τούτου μόνου μαθεῖν ἔχεις, ὅτι μόνος οἶδε τὴν ἀλήθειαν. τῶν γὰρ ἄλλων εἴ τις ἐπίσταταί τι, παρὰ τούτου ἢ τῶν τούτου μαθητῶν λαβὼν ἔχει. ἔστι δὲ[2] αὐτοῦ τό τε βούλημα καὶ ἀληθὲς κήρυγμα, ὅτι εἷς Θεὸς, οὗ κόσμος ἔργον, ὃς δίκαιος ὢν πάντως ἑκάστῳ πρὸς τὰς πράξεις ἀποδώσει ποτέ.

XIII. Ἀνάγκη γὰρ, πάσῃ φύσει[3] δίκαιον εἶναι λέγοντα τὸν Θεὸν καὶ τὰς ἀνθρώπων ψυχὰς ἀθανάτους εἶναι πιστεύειν. ἐπεὶ ποῦ τὸ[4] δίκαιον αὐτοῦ, ὅπου τινὲς εὐσεβῶς βιώσαντες κακουχηθέντες ἐνίοτε βιαίως ἀνῃρέθησαν, ἔνιοι δὲ ἀσεβεῖς πάνυ γεγενημένοι, ἐν πολυτελείᾳ βίου τρυφήσαντες, τὸν κοινὸν ἀνθρώπων θάνατον ἐτελεύτησαν. ἐπεὶ οὖν χωρὶς πάσης ἀντιλογίας ὁ Θεὸς ἀγαθὸς ὢν καὶ δίκαιός ἐστιν, οὐκ ἄλλως δὲ δίκαιος εἶναι γνωσθήσεται, ἐὰν μὴ ἡ ψυχὴ μετὰ τὸν χωρισμὸν τοῦ σώματος ἀθάνατος ᾖ, ἵν' ὁ μὲν[5] κακὸς ἐν ᾅδῃ γενόμενος, ὡς ἐνταῦθα τὰ ἀγαθὰ ἀπολαβὼν, ἐκεῖ περὶ ὧν ἥμαρτε κολασθῇ, ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐνταῦθα περὶ ὧν ἥμαρτε κολασθεὶς, ἐκεῖ ὡς ἐν κόλποις δικαίων, ἀγαθῶν[6] κληρονόμος καταστῇ· ὅτι τοίνυν ὁ Θεὸς δίκαιος, πρόδηλον ἡμῖν ἐστιν ὅτι καὶ κρίσις[7] γίνεται καὶ ψυχαὶ ἀθάνατοι τυγχάνουσιν.

XIV. Εἰ δέ τις, ὡς τῷ Σαμαρεῖ Σίμωνι δοκεῖ, τὸ δικαίῳ εἶναι[8] Θεῷ

cupis, ab isto solo potes discere, quia solus novit veritatem. Aliorum enim si quis aliquid cognoscit, ab eo, aut ab ejus discipulis traditum accepit. Est autem ejus sententia et vera praedicatio: Deum unum esse, cujus mundus opus est, quique justus cum sit, aliquando certe unicuique pro actionibus retribuet.

XIII. Necesse quippe est, ut qui asserit Deum natura omnino esse justum, etiam credat immortales esse hominum animas. Quoniam ubi erit justitia ejus, quando aliqui cum pie vixissent, interdum male habiti per vim e medio sublati sunt, quidam vero, ubi omnino impii exstitissent, atque vitae luxui ac deliciis indulsissent, communi tamen hominum morte obierunt? Quandoquidem igitur, absque ulla contradictione, Deus, bonus cum sit, justus etiam est, nec aliunde justus esse cognoscetur, nisi anima post separationem a corpore sit immortalis, ut malus quidem, in inferno positus, tamquam qui hic bona receperit, ibi pro iis quae deliquit, puniatur, bonus autem, hic pro delictis castigatus, illic quasi in sinu justorum constituatur bonorum haeres. Quoniam igitur Deus justus est, constat inter nos, judicium quoque fore, et animas esse immortales.

XIV. Si quis vero, quemadmodum Simoni Samaritano placet, Deo justum

1. θέλῃς C.
2. Ita O c. S, τε C.
3. γὰρ πᾶσα, φύσει C.
4. ποῦ τὸ O et Epit. c. 23, τοῦτο C. Cfr. etiam Hom. III, 17 sub finem.
5. ἵνα μὲν C, ἵνα μὲν ὁ S. Dein ᾅδει O.
6. O add. ὢν ante ἀγαθῶν. Tum ἐπεὶ, τοίνυν p. ὅτι τοίνυν Epit. c. 23, quod unice rectum ἐπεὶ protasin resumit. S.
7. κρίσεις O.
8. τὸ δικαίῳ εἶναι C, τὸ δίκαιον εἶναι Epit. c. 23. Notum est illud loquendi

μὴ θέλοι δοῦναι, τίνι ἔτι τοῦτο[1] δοῦναι δύναται, ἢ καὶ τὸ γενέσθαι δύνασθαι; τῆς γὰρ ῥίζης τῶν ὅλων τοῦτο οὐκ ἐχούσης, ἀνάγκη πᾶσα νοεῖν, ὅτι[2] τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ὡς ἐν καρποῖς εὑρεῖν ἀδύνατον. εἰ δὲ ἔστιν[3] εὑρεῖν ἐν ἀνθρώποις, πόσῳ μᾶλλον ἐν Θεῷ; εἰ δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε παρὰ Θεῷ, οὔτε παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶν εὑρεῖν τὸ δίκαιον, πάντως οὐδὲ τὸ ἄδικον. ἀλλ' ἔστι τὸ δίκαιον. δικαιοσύνης γὰρ οὔσης τὸ ἄδικον[4] λέγεται· ὥσπερ παραβαλλομένης τῆς δικαιοσύνης αὐτῇ καὶ ἐναντίως ἔχειν εὑρισκομένης ἀδικία λέγεται.

XV. Ἔνθεν γοῦν διδάσκων ὁ Θεὸς[5] τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν, εἷς ὢν αὐτὸς διχῶς καὶ ἐναντίως διεῖλε πάντα τὰ τῶν ἄκρων, ἀπαρχῆς[6] αὐτὸς εἷς ὢν καὶ μόνος Θεός, ποιήσας οὐρανὸν καὶ γῆν, ἡμέραν καὶ νύκτα, φῶς καὶ πῦρ, ἥλιον καὶ σελήνην, ζωὴν καὶ θάνατον. μόνον δὲ ἐν τούτοις αὐτεξούσιον τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν, ἐπιτηδειότητα ἔχοντα δίκαιον ἢ ἄδικον γενέσθαι. ᾧ καὶ τὰς τῶν συζυγιῶν ἐνήλλαξεν εἰκόνας, μικρὰ τὰ πρῶτα παραθέμενος αὐτῷ, μεγάλα δὲ τὰ δεύτερα, οἷον κόσμον, αἰῶνα. ἀλλ' ὁ μὲν παρὼν κόσμος πρόσκαιρος, ὁ δὲ ἐσόμενος ἀΐδιος. πρώτη ἄγνοια, δευτέρα γνῶσις. οὕτως καὶ τοὺς τῆς

esse nolit concedere, cui jam tribuere potest, ut justus sit, vel esse possit? Nam si id cunctorum radix non habet, prorsus necesse est cogitare, illud quoque in hominum natura, tamquam in fructibus non posse reperiri. Si autem inveniatur in hominibus, quanto magis in Deo? Quod si justitia nusquam, neque apud Deum, neque apud homines reperitur, plane neque reperietur injustitia. At justitia exsistit. Nam exstante justitia injustitia quoque dicitur: quae ita vocatur, quasi cum ea justitia comparetur, eique inveniatur contraria.

XV. Inde igitur Deus homines rerum veritatem docens, qui ipse unus est, bifariam et contrarie divisit omnia extrema, cum ipse ab initio unus sit ac solus Deus, qui fecit coelum et terram, diem ac noctem, lucem et ignem, solem et lunam, vitam atque mortem: in his autem solum hominem liberum condidit, aptitudine praeditum ut justus vel injustus fiat: cui et alternavit conjugationum imagines; primo illi apponens parva, deinde vero magna; sicut mundum, aevum. Et quidem hic mundus temporalis est, at futurus aeternus. Prima est ignorantia; secunda cognitio. Sic enim prophetiae ductores ordina-

genus ex usu Peripateticorum, de quo exposuerunt Trendelenburgius in Museo Rhenano 1828, 4. 457 seqq. (quae commentatio inscripta est: „das τὸ ἑνὶ εἶναι, τὸ ἀγαθῷ εἶναι bei Aristoteles; ein Beitrag zur arist. Begriffsbestimmung und zur griech. Syntax") et ad Arist. de anim. p. 471 seqq., deinde Waitz ad Arist. Org. 67, C, 12. Vide infra Hom. X, 19; θεῷ εἶναι, XVI, 17: ἀπείρῳ εἶναι. S.

1. τοῦτό τις C.
2. Post ὅτι sine dubio excidit ἐν. S.
3. δὲ ἔστιν O c. S, δέ ἐστιν C.
4. τὸ δίκαιον Cod. 804.
5. ὁ Θεὸς διδασκαλῶν C.
6. ἀπ' ἀρχῆς O.

προφητείας ἡγεμόνας[1] διέταξεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ παρὼν κόσμος θῆλύς ἐστιν, ὡς μήτηρ τέκνων τίκτων ψυχάς, ὁ ἐσόμενος αἰὼν ἄρρην ἐστίν, ὡς πατὴρ ἀποδεχόμενος τὰ αὐτοῦ τέκνα· διὰ τοῦτο οἱ[2] ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ προφῆται ἐπομένως, ὡς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὄντες υἱοί, ἀνθρώπων[3] τὴν γνῶσιν ἔχοντες, ἐπέρχονται. τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον εἰ ἠπίσταντο οἱ ἐν θεοσεβείᾳ ἄνθρωποι οὐκ ἄν ποτε ἐπλανήθησαν, ἀλλὰ καὶ νῦν ἂν ἐγνώκεισαν ὅτι ὁ[4] Σίμων, ὁ νῦν πάντας θρυλλῶν, πλάνης καὶ ἀπάτης ἐστὶ συνεργός. ὁ δὲ λόγος τοῦ προφητικοῦ κανόνος οὕτως ἔχει.

XVI. Ὡς ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς εἷς ὤν, ὥσπερ δεξιὰ καὶ ἀριστερά, πρῶτον ἐποίησε τὸν οὐρανόν, εἶτα τὴν γῆν, καὶ οὕτως κατὰ τὸ[5] ἑξῆς πάσας τὰς συζυγίας συνεστήσατο· ἐπὶ μέντοι ἀνθρώπων οὐκ ἔτι οὕτως, ἀλλὰ πάσας ἐναλλάσσει τὰς συζυγίας. ὡς γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τὰ πρῶτα κρείττονα, τὰ δεύτερα ἥττονα, ἐπ' ἀνθρώπων τὸ ἐναντίον εὑρίσκομεν, τὰ πρῶτα χείρονα, τὰ δεύτερα κρείττονα. αὐτίκα γοῦν ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένου ἐγένετό τις πρῶτος ἄδικος Καΐν, δεύτερος δίκαιος Ἀβέλ. πάλιν δὲ ἀπὸ τοῦ καθ' ὑμᾶς λεγομένου Δευκαλίωνος[6] πνευμάτων εἰκόνες δύο

vit. Quia enim praesens mundus femina est, quasi mater liberorum procreans animas, futurum aevum mas est, tanquam pater liberos suos excipiens: propterea in hunc mundum prophetae consequenter veniunt tamquam filii futuri saeculi, notitiam habentes hominum. Porro hoc mysterium si cognovissent homines pii, numquam aberrassent, sed et nunc deprehendissent, Simonem qui omnes conturbat, erroris ac fraudis esse cooperarium. Sermo autem propheticae regulae ita habet.

XVI. Ut in principio Deus, qui unus est, tamquam dextra et sinistra, primo fecit coelum, deinde terram, ita deinceps omnes conjugationes constituit. In hominibus autem non amplius sic; sed cunctas alternat conjugationes. Ut enim ab eo prima meliora sunt, secunda deteriora; contrarium apud homines nanciscimur, prima pejora, secunda praestantiora. Itaque statim ab Adamo, qui secundum Dei imaginem factus fuerat, primus ortus est iniquus Cain, secundus justus Abel. Iterum vero ab eo, quem vos Deucalionem vocatis, spi-

1. ἡγέμονας C.

2. οἱ adjunxi c. O. Idem ἑπομένοι.

3. Ita plane scriptum extat in Cod. Ottob. — Ms. ανων, ut in eo solet per compendium scribi nomen ἄνθρωπος. Non temere tamen hoc loco aliquis leget aut corriget αἰωνίων. C. — Fortasse totum colon, transpositis verbis, sic legendum: διὰ τοῦτο ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ προφῆται ἑπομένως, οἱ ὄντες υἱοὶ ἀνθρώπων, ὡς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τὴν γνῶσιν ἔχοντες, ἐπέρχονται. Verae prophetae prophetis falsis semper succedunt (ἑπομένως ἐπέρχονται) secundum regulam syzygiarum. Atque illi quidem etiam aliis locis appellantur υἱοὶ ἀνθρώπων, hi γεννητοὶ γυναικῶν, cfr. Hom. II, 17. III, 22 seqq. 26. S.

4. ὁ add. c. O, in quo τῆς ἀσθενοῦς ἀριστερᾶς p. πλάνης καὶ ἀπάτης.

5. κατὰ τὸ om. O.

6. Notus est lusus in nomine Deucalionis, apud Theoph. ad Autol. III, p. 129, quasi Noë hominibus sui temporis dixerit: δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ θεὸς εἰς μετάνοιαν C.

LIV. Quare impossibile est, sine ipsius doctrina salutiferae insistere veritati, quamvis in aeternum quis quaerat, ubi quod quaeritur non consistit, constitit autem et consistit in Jesu nostri sermone. Itaque cum sciret vera legis, Sadducaeis interrogantibus, qua ratione Moyses matrimonium cum septem contrahere permisisset, respondit: *Moyses ad duritiam vestram permisit vobis. Ab initio enim non fuit sic. Qui enim ab initio creavit hominem, masculum et feminam fecit eum.*

LV. Iis vero qui arbitrantur, quemadmodum docent Scripturae, Deum jurare, dicit: *sit sermo vester, est, est; et non, non: quod enim his abundantius est, a malo est.* Et iis qui dicunt, Abrahamum, Isaacum et Jacobum esse mortuos, ait: *non est Deus mortuorum, sed viventium.* Iis autem qui Deum putant esse tentatorem, sicut aiunt Scripturae, dicit, tentatorem esse Diabolum, qui et tentavit eum. Iis vero qui Deum suspicantnr non praescire, infit: *scit enim pater vester coelestis, quia his omnibus indigetis, antequam petatis eum.*

1. καὶ O.
2. τὰ ἀληθῆ O, in cujus marg. monetur: νόθα κατὰ νόμον.
3. Matth. 22, 23. 19, 8. 4.
4. καὶ inserui c. O. Matth. 5, 37.
5. καὶ om. O hic et post Ἰακώβ.
6. Ita conj. C, ἀπέθανεν id. in textu, ut O. Matth. 22, 32. Vbb. οὐκ ἔστιν — ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη des. in O.
7. δὲ praetermiserunt Cl et S.
8. Matth. 6, 8. 32.
9. ὑμῶν om. O. Tum ἀξιώσητε C.

γραφαὶ λέγουσιν, ὅτι μὴ πάντα βλέπει, ἔφη[1]· *ἐν τῷ κρυπτῷ εὔχεσθε, εἶπε*[2], *καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ βλέπων τὰ κρυπτὰ ἀποδώσει ὑμῖν.*

LVI. *Τοῖς δὲ οἰομένοις αὐτὸν μὴ ἀγαθὸν εἶναι, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· τίνα ὑμῶν*[3] *αἰτήσει υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; ἢ καὶ ἰχθὺν αἰτήσει, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτουμένοις αὐτὸν καὶ τοῖς ποιοῦσι τὸ θέλημα αὐτοῦ; τοῖς δὲ αὐτὸν*[4] *διαβεβαιουμένοις ἐν ναῷ εἶναι, ἔφη· μὴ ὀμόσητε τὸν οὐρανόν, ὅτι θρόνος ἐστὶ Θεοῦ*[5], *μήτε τὴν γῆν, ὅτι ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐστιν. τοῖς δὲ προλαβοῦσιν, ὅτι θυσιῶν ὀρέγεται ὁ Θεός, ἔφη*[6]· *ὁ Θεὸς ἔλεος θέλει καὶ οὐ θυσίας, ἐπίγνωσιν αὐτοῦ καὶ οὐχ ὁλοκαυτώματα.*

LVII. *Τοῖς δὲ πειθομένοις κακὸν αὐτὸν εἶναι, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· μή| με λέγετε*[7] *ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν. καὶ πάλιν*[8]· *γίνεσθε ἀγαθοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃς ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπ' ἀγαθοῖς καὶ πονηροῖς, καὶ φέρει*[9] *τὸν ὑετὸν ἐπὶ δικαίοις καὶ ἀδίκοις. τοῖς δὲ ἠπατημένοις πολλοὺς θεοὺς ὑπονοεῖν, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη*[10]· *ἄκουε Ἰσραήλ, κύριος ὁ Θεός σου*[11] *κύριος εἷς ἐστιν.*

Et iis qui juxta Scripturas credunt Deum non omnia cernere, *orate*, inquit, *in abscondito, et pater vester, qui videt abscondita, reddet vobis.*

LVI. Existimantibus porro Deum non esse bonum, ut aiunt Scripturae, ita locutus est: *a quo ex vobis filius petet panem, numquid lapidem porriget ei? Aut et piscem petet, numquid serpentem ei porriget? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona dona dare filiis vestris, quanto magis pater coelestis dabit bona petentibus se et facientibus voluntatem suam?* Asserentibus autem, eum in templo esse, dixit: *nolite jurare per coelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum ejus.* Et praesumentibus, Deum sacrificiis delectari, ait: *Deus misericordiam vult, et non sacrificia, agnitionem suam, et non holocausta.*

LVII. Ad eos autem, qui secundum Scripturas Deum esse malum credunt, ait: *ne me dicatis bonum, unus etenim bonus est.* Et rursus: *estote boni et misericordes, sicut pater, qui in coelis est, qui solem oriri facit super bonos et malos, et pluviam demittit super justos et injustos.* Ad eos vero, qui in eam fraudem inducti sunt, ut cum Scripturis censeant multos esse Deos, sic loquitur: *audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est.*

1. ἔφη om. C.
2. Ita S, εἰπὼν C O. Matth. 6, 6.
3. ὑμῶν excidit ap. Cl et S. Luc. 11, 11. Matth. 7, 9.
4. Repetuntur vbb. δὲ αὐτὸν in O. Matth. 5, 35.
5. Θεοῦ ἐστιν Cot.
6. Matth. 9, 13. 12, 7.
7. λέγε O. Matth. 9, 13.
8. Luc. 6, 36. Matth. 5, 45. Credner, Beitr. I, 309. S.
9. φέρε O mendose.
10. Marc. 12, 29.
11. ὑμῶν C.

LVIII. Ὅμως ὁ Σίμων, συνιδὼν ὅτι Πέτρος αὐτὸν συνάγει ταῖς γραφαῖς χρῆσθαι ὡς Ἰησοῦς ἐδίδαξεν, εἰς τὴν[1] περὶ Θεοῦ λόγον ἐξέτασιν γενέσθαι οὐκ ἠθέλησεν, καί τοί γε μεταθεμένου τοῦ Πέτρου, ὡς αὐτὸς Σίμων ἠξίωσεν, πρὸς πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν γενέσθαι τὴν ἐξέτασιν. πλὴν ἡ ζήτησις τριῶν ἐπεκράτησεν ἡμερῶν. ἐπιφωσκούσης δὲ τῆς τετάρτης νύχιος ὡς ἐπὶ Τύρον τῆς Φοινίκης ἐξώρμησεν. καὶ οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἦλθόν τινες τῶν προόδων, Πέτρῳ λέγοντες· Σίμων μεγάλα θαυμάσια ἐν Τύρῳ ποιῶν πολλοὺς τῶν ἐκεῖ κατεπλήξατο, καί σε πολλαῖς διαβολαῖς μισεῖσθαι ἐποίησεν.

LIX. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πέτρος, τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ τῶν ἀκροατῶν τὸν ὄχλον συνελθεῖν ἐποίησεν. ὁμῶς συνελθοῦσιν ἔφη· ὁρμῶντός μου[2] εἰς τὰ ἔθνη τὰ πολλοὺς θεοὺς λέγοντα, κηρῦξαι καὶ διδάξαι ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεός, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ὅπως ἀγαπήσαντες αὐτὸν σωθῆναι δυνηθῶσιν, προλαβοῦσα ἡ κακία τῷ[3] τῆς συζυγίας νόμῳ προαπέστειλε Σίμωνα, ἵνα οἱ ἄνθρωποι, ἐὰν τοὺς πολλοὺς θεοὺς λέγειν παύσωνται, καταγνόντες τῶν ἐπὶ γῆς λεγομένων, ἐν οὐρανῷ πολλοὺς θεοὺς εἶναι νομίσωσιν[4]· ἵνα μηδέποτε τὸ τῆς μοναρχίας τιμήσαντες καλὸν εἰς τὸ παντελὲς μετὰ κόλασιν ἀπόλωνται. καὶ τὸ δεινότατον, ἐπεὶ ἀληθὴς λόγος ἀπαράβλητον ἰσχὺν ἔχει, προλαμβάνων ταῖς διαβολαῖς πείθει αὐτοὺς αὐτό,

LVIII. Itaque Simon, intelligens quod Petrus eum cogeret Scripturis uti quemadmodum docuit Jesus, inquisitionem noluit versari circa sermonem de Deo, licet Petrus rogatu ipsius consilium mutasset, inquisitionemque concessisset per interrogationem ac responsionem fieri. Caeterum disputatio per tres dies duravit. Quarto autem illucescente, Simon nocte versus Tyrum Phoeniciae profugit. Nec multis post diebus venerunt quidam eorum, qui praeire solebant, et dixerunt Petro: Simon magnas praestigias Tyri edendo multos incolarum perculit, teque multis calumniis odiosum reddidit.

LIX. Quae postquam audivit Petrus, insequenti nocte auditorum turbam fecit convenire, atque congregatis dixit: cum ego properarem ad gentes quae multos Deos asserunt, praedicaturus et docturus, unum esse Deum creatorem coeli et terrae omniumque quae in iis continentur, quo dilecto possent salutem consequi, praeveniens malitia ex conjugationis lege praemisit Simonem, ut homines, si forte multos Deos, damnatis iis qui in terra dicuntur, desinerent affirmare, jam multos in coelo exsistere putarent; quo, dum monarchiae seu unitatis Dei bonum nullatenus in pretio habent, in perpetuum post supplicia intereant. Quodque pessimum est, quia verus sermo incomparabilem habet vim, anticipans Simon calumniis persuadet hominibus ne me ullo modo reci-

1. Ita S, τὸν C. O.
2. ἐπειδὴ ὁρμῶντός μου p. ὁρμῶντός μου O.
3. αὐτῷ C.
4. νομίσουσιν C.

μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἀναδέξασθαί μου[1]· *μή πως ὁ διαβάλλων αὐτὸς τῷ ὄντι διάβολος ἐλεγχθῇ, καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος ἀναδειχθεὶς πιστευθῆναι δυνηθῇ. χρὴ οὖν με ταχέως αὐτὸν ἐπικαταλαβεῖν, ἵνα μὴ ἡ διαβολὴ ἐγχρονίσασα παντελῶς πάντων ἐπικρατήσῃ*[2].

LX. *Ἐπεὶ οὖν δεῖ τινα ὁρίσαι ἀντ' ἐμοῦ τὸν ἐμὸν ἀναπληροῦντα τόπον, μιᾷ προαιρέσει δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ*[3] *οἱ πάντες, ὅπως τῶν ὄντων ἐν ἡμῖν τὸν*[4] *κρείττονα αὐτὸς πρόδηλον ποιήσῃ, ἵνα ἐπὶ τῆς Χριστοῦ καθέδρας καθεσθεὶς τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν εὐσεβῶς οἰκονομῇ. τίς ἄρα ὁρισθήσεται; Θεοῦ γὰρ βουλῇ*[5] *ἀναδείκνυται μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος*[6] *αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας τῶν συνδούλων αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὰς τροφὰς ἐν καιρῷ αὐτῶν, μὴ ἐννοούμενον καὶ λέγοντα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν· καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους αὐτοῦ, ἐσθίων καὶ πίνων μετά τε*[7] *πόρνων καὶ μεθυόντων· καὶ ἥξει ὁ κύριος*[8] *τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτόν, καὶ τὸ ἀπιστοῦν αὐτοῦ μέρος μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει.*

LXI. *Εἰ δέ τις τῶν παρεστώτων, διοικεῖν δυνάμενος τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν ἀνθρώπων, ὑποστέλλεται, τῆς αὐτοῦ ἀναπαύσεως φροντίζων μόνης, καὶ αὐτὸς προσδοκάτω ἀκοῦσαι· δοῦλε πονηρὲ καὶ ὀκνηρέ, ἔδει σε τὸ*

piant, ne forte, qui calumniatur, revera esse calumniator deprehendatur, et ne verus sermo, cum fuerit patefactus, credi possit. Oportet ergo me cito hominem assequi, ut ne calumnia diutius immorata omnes penitus invadat.

LX. Quoniam igitur necesse est aliquis constituatur qui meum suppleat locum, uno animo Deum cuncti oremus, ut eorum qui inter nos sunt praestantissimum manifestet, quo sedens in Christi cathedra ipsius ecclesiam pie administret. Quis autem designabitur? Dei quippe pronunciatur consilio beatus ille homo, quem constituet ejus dominus super famulitium conservorum suorum, ut det illis cibum in tempore, qui non cogitat ac dicit in corde suo, moram facit dominus meus venire: si enim sic coeperit percutere conservos, manducans et bibens cum meretricibus ac ebriosis, veniet dominus servi illius in hora qua non sperat et in die quo nescit, et dividet eum, partemque ejus infidelem ponet cum hypocritis.

LXI. Quod si quis adstantium, cum possit hominum improbitatem regere, tamen detrectat, de sua solum quiete sollicitus, et ipse exspectet audire: *serve male et piger, oportuit te tradere pecuniam meam nummulariis, et ego veniens*

1. Lege *με* S.
2. *ἐπικρατήσει* O.
3. *τοῦ Θ. δεηθῶμεν* C.
4. *τὸν* om. C.
5. Ita O c. D, *βουλὴ* C.
6. Matth. 24, 45. Luc. 12, 42.
7. *τε* praetermiserunt Cl et S.
8. Matth. 25, 26. Luc. 19, 22. *ἐκείνου* excidit ap. Cl et S.

ἀργύριόν μου προβαλεῖν ἐπὶ τῶν τραπεζιτῶν, καὶ ἐγὼ ἂν ἐλθὼν ἔπραξα τὸ ἐμόν· ἐκβάλετε[1] τὸν ἀχρεῖον δοῦλον εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. καὶ εὐλόγως. σοῦ γάρ, φησίν, ἄνθρωπε, τοὺς λόγους μου ὡς ἀργύριον ἐπὶ τραπεζιτῶν βαλεῖν[2] καὶ ὡς χρήματα δοκιμάσαι. τὸ οὖν πλῆθος τῶν πιστῶν δεῖ ἑνί τινι πείθεσθαι, ἵνα οὕτως ἐν ὁμονοίᾳ διατελεῖν δυνηθῇ. τὸ γὰρ εἰς ἀρχὴν μιᾶς λῆγον ἐξουσίας, μοναρχίας εἰκόνι, τοὺς ὑπείκοντας αἰτίᾳ εὐταξίας εἰρήνης ἀπολαύειν τίθησιν· τὸ δὲ[3] πάντας φιλαρχοῦντας ἑνὶ μόνῳ ὑπεῖξαι μὴ θέλειν, καὶ αἰτίᾳ[4] διαιρέσεως πάντως καὶ περιπεσεῖν[5] ἔχουσιν.

LXII. Ἀλλ' ἔτι μὴν πειθέτω τὰ παρ' ὀφθαλμοῖς τιθέμενα[6], πῶς νῦν πολλῶν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὄντων βασιλέων συνεχῶς πόλεμοι γίνονται. ἔχει γὰρ ἕκαστος πρόφασιν εἰς πόλεμον τὴν ἑτέρου ἀρχήν. ἐὰν δὲ εἷς ᾖ τοῦ παντὸς ἡγεμών, οὗ εἵνεκεν πολεμεῖ οὐκ ἔχων ἀΐδιον τὴν εἰρήνην ἔχει. πέρας γοῦν ὁ Θεὸς τοῖς καταξιουμένοις αἰωνίου ζωῆς ἕνα ἐν τῷ τότε αἰῶνι βασιλέα τοῦ παντὸς καθίστησιν, ἵνα αἰτίᾳ μοναρχίας ἄπτωτος εἰρήνη γένηται[7]. χρὴ οὖν ἑνί τινι ὡς ὁδηγῷ τοὺς πάντας ἕπεσθαι, ὡς εἰκόνα Θεοῦ προτιμῶντας, τὸν δὲ ὁδηγὸν εἶναι τῆς εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν εἰσιούσης εἰσόδου ἐπιστήμονα.

LXIII. Τίνα δὲ ἄλλον αἱρήσομαι τῶν παρόντων, ἢ Ζακχαῖον, πρὸς

exegissem quod meum est. Ejicite inutilem servum in tenebras exteriores. Et merito. Tuum enim, inquit, est, o homo, probare verba mea, tamquam apud nummularios argentum et pecuniam pendere. Itaque fidelium multitudo uni debet credere, ut ita possit vivere concorditer. Quod enim in unius potestatis imperium desinit, monarchiae repraesentatione, facit ut subjecti per bonum ordinem fruantur pace: qui vero omnes volunt imperare, nec uni soli cedere, ob divisionem penitus concidant necesse est.

LXII. Sed et te persuadeant quae ante oculos posita obversantur. Scilicet nunc, cum multi per omnem terram sint reges, assidue bella oriuntur. Unusquisque enim occasionem ad bellum sumit ex alterius imperio. Si autem unus esset mundi imperator, ille desinente bellandi causa aeternam obtineret pacem. Denique iis qui vitam perpetuam consequentur, unum Deus in illo saeculo constituit universi regem, ut per monarchiam pax exoriatur stabilis. Debent itaque cuncti unum tamquam viae ducem sequi, sicque Dei imaginem honorare: is autem ductor scire debet viam, qua intratur in sanctam civitatem.

LXIII. Quem vero alium ex adstantibus eligam. quam Zacchaeum, apud

1. ἐμβάλετε O.
2. βαλεῖν adjunxi c. O.
3. Legendum τῷ δέ. S.
4. αἰτίαν var. lect. ap. Turrian. pro Epist. Pontif. 5, 9.
5. πεσεῖν C.
6. γινόμενα C.
7. γένηται O. Ita legendum esse notat S, quamquam et ipse repetit lect. Ci γεγένηται.

ὃν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν[1] *εἰσιὼν ἀνεπαύσατο, τοῦ σώζεσθαι κρίνας ἄξιον εἶναι; καὶ τοῦτο εἰπών, παρεστῶτι τῷ Ζακχαίῳ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, ἐβιάζετο ἐπὶ τὴν αὐτοῦ καθεσθῆναι καθέδραν. ὁ δὲ Ζακχαῖος προςπεσὼν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἐδέετο, ὅπως τοῦ ἄρχειν αὐτὸν ἀπολύσῃ, μετὰ τοῦ ὑπισχνεῖσθαι καὶ λέγειν, ὅτι ὁπόσα ποτὲ χρὴ τὸν ἄρχοντα ποιεῖν, ποιήσω, μόνον μοι τὸ ὄνομα τοῦτο μὴ ἔχειν χάρισαι· εὐλαβοῦμαι γὰρ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐνδύσασθαι ὄνομα· πικροῦ γὰρ φθόνου καὶ κινδύνου γέμει.*

LXIV. *Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ τοῦτο εὐλαβῇ, ἄρχων μὲν μὴ καλοῦ, ἀλλὰ ὁ καθεστάς, τοῦτο τοῦ κυρίου δεδωκότος λέγεσθαι, τῷ εἰπεῖν*[2]*· μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας τῶν συνδούλων αὐτοῦ. εἰ δὲ παντελῶς οὐ θέλεις γνωσθῆναι ὅτι ἐξουσίαν διοικήσεως ἔχεις, ἀγνοεῖν μοι ἔοικας, ὅτι ἡ ὁμολογουμένη τοῦ προκαθεζομένου ἐξουσία πολύ τι δύναται πρὸς δυσωπίαν τοῦ πλήθους. ὡς*[3] *γὰρ εἰληφότι τὴν ἐξουσίαν ἕκαστος πείθεται, ὡς μεγάλην ἀνάγκην τὴν συνείδησιν ἔχων. τί δὲ οὐχὶ καὶ ἀσφαλῶς γινώσκεις, ὅτι οὐχ ὡς οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν ἄρχειν ἔχεις, ἀλλ' ὡς δοῦλος αὐτοῖς ὑπηρετῶν, ὡς πατὴρ ἀδικουμένοις*[4]*, ὡς ἰατρὸς ἐπισκεπτόμενος, ὡς ποιμὴν φυλάσσων, συνελὼν ἐρῶ, τὰς πάσας ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας φροντίδας ἔχων; ὅτι οἴει ἀγνοεῖν με, οἵους καμάτους ἀναδέξασθαί σε βιάζομαι, ὑπὸ ὄχλων κρίνεσθαί*

quem et dominus noster ingressus mansit, judicans dignum esse qui salvaretur? Quo dicto manum praesenti Zacchaeo injiciens, cogebat eum in sua cathedra sedere. At Zacchaeus accidens ad pedes ejus rogabat, uti principatu ipsum liberaret: simulque pollicebatur ac dicebat: quaecumque qui praeest facere debet, faciam, tantum mihi dona non habere hoc nomen: vereor enim principatus nomen induere, quoniam acerba invidia et periculo abundat.

LXIV. Dixit Petrus: si hoc vereris, noli princeps vocari, sed constitutus seu praefectus, eam quippe appellationem dominus concessit per haec verba: *beatus ille homo, quem ejus dominus constituet super famulitium conservorum suorum.* Quod si omnino refugis agnosci pro eo qui habeat gubernandi potestatem, ignorare videris, professam praesidentis potestatem multum valere ad persuadendam flectendamque plebem. Ei quippe tamquam potestatem adepto credunt singuli, conscientiam pro magna necessitate habentes. Quid vero, nonne et certo scis, te non ut principes gentium imperare debere, sed ut servum ministrare hominibus, ut patrem tueri injuria affectos, ut medicum visitare, ut pastorem custodire, uno verbo, cunctas pro eorumdem salute suscipere curas? An putas ignorare me, quales te compellam labores sumere, dum

1. *ἡμῶν* deest ap. C.
2. Matth. 24, 45. Luc. 12, 42.
3. *τῷ* conj. D. — Seq. *τὴν* add. c. O.
4. *διακηδόμενος* conj. D, *ἀνιώμενος* vel *ἀδίκων υἱῶν* conj. Cl. Ego scribendum putaverim *ἀδικούμενος*. S.

σε ἀξιῶν, οἷς ἀρέσαι τινὰ ἀμήχανον; Θεῷ δὲ εὖ πράττοντα[1] *δυνατώτατον. διὸ δέομαι προθύμως ἀναδέξασθαι, διὰ Θεόν*[2], *διὰ Χριστόν, ὑπὲρ τῆς ἀδελφῶν σωτηρίας, ὑπὲρ αὐτῶν*[3] *οἰκονομίας καὶ σῆς ὠφελείας.*

LXV. *Καὶ τὸ ἕτερον δὲ λόγισαι, ὅτι, ὥσπερ κάματον καὶ κίνδυνον ἔχει τὸ τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν οἰκονομεῖν, τοσούτῳ μείζων ὁ μισθός· ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ ἡ κόλασις μείζων τῷ δυναμένῳ καὶ ἀπειθήσαντι. βούλομαι οὖν, πολυμαθέστερον εἰδώς σε τῶν παρεστώτων, δανείζειν*[4] *καλὰς γνώμας, ἃς παρὰ τοῦ κυρίου πεπίστευσαι. ἵνα, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ἀκούσῃς, καὶ μὴ*[5] *ὥσπερ ὁ τὸ ἓν ἀποκρύψας τάλαντον, ἔγκλημα λαβὼν κολάσει ὑπεύθυνος ἀναφανῇς. εἰ δὲ μὴ βούλει ἀγαθὸς φύλαξ καταστῆναι*[6] *τῆς ἐκκλησίας, ἕτερον ἀντί σοῦ μήνυσον, σοῦ πολυμαθέστερον καὶ πιστότερον. ἀλλ'*[7] *οὐ δώσεις. σὺ γὰρ καὶ τῷ κυρίῳ συνῆς, καὶ τὰς θαυμασίους πράξεις ἱστόρησας, καὶ διοίκησιν ἐκκλησίας μεμάθηκας.*

LXVI. *Καὶ σοῦ μὲν ἔργον ἐστὶ κελεύειν ἃ δεῖ, τῶν ἀδελφῶν*[8], *ὑπείκειν καὶ μὴ ἀπειθεῖν. ὑπείξαντες μὲν οὖν σωθήσονται, ἀπειθήσαντες δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ*[9] *κολασθήσονται, ὅτι ὁ προκαθεζόμενος Χριστοῦ τόπον πεπίστευται. διὸ ἤτοι τιμὴ ἢ ὕβρις τοῦ προκαθεζομένου εἰς Χριστὸν φέ-*

te volo a plebe judicari, cui placere nemo ullo studio potest; cum maxime fieri queat, ut, qui bene operatur, Deo gratus existat. Quocirca oro te, ut alacriter episcopatum suscipias, propter Christum, pro fratrum salute, pro eorumdem gubernatione, et tua utilitate.

LXV. Aliud etiam reputa, quod, sicut labore et periculo non caret, gubernare ecclesiam Christi, eo major est merces, sed et major poena ei qui potest, recusat tamen. Cupio igitur, qui te sciam adstantium eruditissimum, foenori des pulchras sententias, quae tibi a domino traditae sunt; ut audias: *Euge serve bone et fidelis*, et non, quemadmodum qui unum talentum abscondit, opprobrium feras, et obnoxius supplicio declareris. Sin vero non vis bonus ecclesiae constitui custos, alium pro te indica, qui te sit doctior ac fidelior. Sed non dabis. Tu enim et cum domino versatus es ac vidisti mirabilia opera, et ecclesiae administrationem didicisti.

LXVI. Tuae igitur partes sunt, jubere ea, quae oportet; partes fratrum, subjicere se et non refragari. Subjicientes ergo se salvi fient: refragantes vero a Christo punientur. Quoniam qui praesidet, Christi locum accepit. Quare praesidentis sive honor sive contumelia ad Christum refertur, et a Christo ad

1. *Θεὸν δὲ εὖ πράττοντα πείθειν* C.
2. *διὰ Θεόν* om. O.
3. *ὑπὲρ τῆς αὐτῶν* C.
4. *δανίζει* O.
5. Matth. 25, 21. *μὴ* non omittere debebat S c. Cl.
6. D legi vult *κατασταθῆναι*.
7. *ἀλλὰ* O.
8. *τοὺς ἀδελφοὺς* O.
9. *κυρίου* C.

ρεται, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ εἰς Θεὸν[1] ἀναφέρεται. τοῦτο δὲ εἴρηκα, ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ ἀδελφοὶ τῆς πρός σε ἀπειθείας τὸν κίνδυνον αὐτῶν[2] μὴ ἀγνοῶσιν, ὅτι ὃς ἂν σοι κελεύσαντι ἀπειθήσῃ, Χριστῷ ἀπειθεῖ[3], Χριστῷ δὲ ἀπειθήσας Θεόν παροργίζει.

LXVII. Χρὴ οὖν τὴν ἐκκλησίαν, ὡς πόλιν ἐν ὕψει οἰκοδομουμένην[4], φιλόθεον ἔχειν τάξιν καὶ διοίκησιν καλήν. πρὸ πάντων ὁ ἐπίσκοπος ὡς ἄρχων περὶ ὧν λέγει ἀκουέσθω. οἱ πρεσβύτεροι τὰ κελευόμενα γίνεσθαι[5] σπουδαζέτωσαν. οἱ διάκονοι ἐκπεριερχόμενοι τῶν ἀδελφῶν τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς ἐπισκεπτέσθωσαν, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ ἀντιβαλλέτωσαν. οἱ λοιποὶ πάντες ἀδελφοὶ τὸ ἀδικεῖσθαι ἀναδεχέσθωσαν· εἰ δὲ κρίνεσθαι θέλουσι περὶ ὧν ἀδικοῦνται, ἐπὶ τῶν πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν· τὸν δὲ συμβιβασμὸν οἱ πρεσβύτεροι τῷ ἐπισκόπῳ προσαναφερέτωσαν.

LXVIII. Νέων δὲ μὴ μόνον κατεπειγέτωσαν[6] τοὺς γάμους, ἀλλὰ καὶ τῶν προβεβηκότων, μή πως ζέουσα ἡ ὄρεξις προφάσει πορνείας ἢ μοιχείας λοιμὸν προσενέγκῃ[7] τῇ ἐκκλησίᾳ. ὑπὲρ πᾶσαν γὰρ ἁμαρτίαν ἡ τῆς μοιχείας ἀσέβεια Θεῷ ἐστύγηται, ὅτι οὐ μόνον αὐτὸν τὸν ἁμαρτήσαντα ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνεστιωμένους καὶ συναμιλλωμένους· λύσσῃ γὰρ ἔοικεν, ὅτι τῆς ἰδίας μανίας μεταδιδόναι φύσιν ἔχει. σωφροσύνης οὖν χάριν σπευδέτωσαν τοὺς γάμους ἐπιτελεῖν μὴ μόνον οἱ πρεσβύτεροι, ἀλλὰ καὶ

Deum. Id autem prolocutus sum, ut ipsi quoque fratres non ignorent, quanto in periculo versentur qui tibi non obtemperabunt. Nam qui tibi jubenti non obtemperabit, Christo non obediet, et dum non obedit Christo, Deum ad iram incitat.

LXVII. Oportet ergo ut ecclesia, velut civitas in excelso aedificata, Deo dignum habeat ordinem praeclaramque administrationem. Ante omnia episcopus, velut rector, in iis quae dicit audiatur. Presbyteri curent fieri quae jubentur. Diaconi circumambulantes considerent fratrum corpora et animas, atque episcopo denuncient. Reliqui omnes fratres affici injuria suscipiant libenter. Quodsi de iis, in quibus injuria afficiuntur, cupiunt judicari, apud presbyteros concilientur, et presbyteri conciliationem ad episcopum referant.

LXVIII. Non modo autem juvenes ad matrimonium compellant, sed et natu provectos, ne fervens cupiditas per fornicationem vel adulterium pestem in ecclesiam inferat. Super omne enim peccatum impietas adulterii odio a Deo habetur: quia non solum interficit ipsum peccatorem sed et convescentes ac congressos. Rabiei quippe est similis, quandoquidem a natura habet, ut suam communicet insaniam. Ergo propter castitatem festinent nuptias conci-

1. τοῦ Χρ. εἰς τὸν Θεὸν C.
2. Ita D approbante O; αὐτῷ C, qui conj. αὐτόν.
3. Ita S, ἀπειθῇ C O.
4. οἰκοδομημένην C, ᾠκοδομημένην S.
5. γινέσθαι C.
6. Post κατεπειγέτωσαν repetuntur in O vbb. τὸν δὲ συμβιβασμὸν expuncta.
7. προσενέγκοι C.

οἱ πάντες. ἡ γὰρ τοῦ μοιχησαμένου ἁμαρτία ἐπὶ τοὺς πάντας ἐλθεῖν βιάζεται. τὸ [1] οὖν σπεύδειν σωφρονεῖν τοὺς ἀδελφούς, τοῦτο πρώτη ἐλεημοσύνη· ψυχῆς γάρ ἐστι θεραπεία· ἡ γὰρ τροφὴ τοῦ σώματος ἀνάπαυσίς ἐστιν.

LXIX. Ὁμῶς ἐὰν ἀγαπήσητε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν, οὐδὲν αὐτῶν ἀφαιρήσεσθε, ὧν δὲ ἔχετε μεταδώσετε [2]· πεινῶντας γὰρ θρέψετε, διψῶσι ποτὸν παρέξετε [3], γυμνοὺς ἐνδύσετε, νοσοῦντας ἐπισκέψεσθε, τοῖς ἐν εἱρκταῖς ὡς δυνατὸν βοηθήσετε, ξένους εἰς τὰ ἑαυτῶν σκηνώματα προθύμως ἀποδέξεσθε, μηδένα μισήσετε. ὡς δὲ δεῖ εὐσεβεῖν, εὐγνωμονοῦντας ὑμᾶς ὁ ὑμέτερος διδάξει νοῦς. πρὸ δὲ πάντων, εἰ καὶ δεῖ ὑμῖν λέγειν, συνεχέστερον συνέρχεσθε, εἴθε [4] καθ' ὥραν, ἐπεί γε ἐν ταῖς νενομισμέναις τῆς [5] συνόδου ἡμέραις. ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῆτε [6], ἐντὸς τειχῶν ἀσυλίας ἐστέ· ἀρχὴ γὰρ ἀπωλείας ἀποταξία. μήτε οὖν προφάσει μικροψυχίας τῆς [7] πρὸς ἀδελφὸν ἀπολειπέσθω τις τοῦ συνεδρεύειν. ἐὰν γάρ τις ὑμῶν [8] ἀπολειφθῇ τοῦ συνάγεσθαι, τῶν σκορπιζόντων τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν λογισθήσεται, καὶ ὡς τῶν κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν ὑπάρξας κολασθήσεται καὶ [9] μετὰ μοιχῶν ἀποβληθήσεται [10]. ὡς γὰρ μοιχὸς ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος προ-

liare non modo presbyteri verum etiam omnes. Nam moechi delictum ad omnes necessario venit. Prima ergo misericordia est, fratres ad pudicitiam impellere, quoniam animae est medela, at cibus corporis est recreatio.

LXIX. Caeterum si fratres vestros diligatis, nihil eorum auferetis, immo vestra communicabitis: esurientes nutrietis, sitientibus praebebitis potum, induetis nudos, visitabitis aegrotantes, carcere inclusis succurretis pro viribus, peregrinos in vestra tecta suscipietis lubenter, neminem odio prosequemini. Quo modo autem pie vivere oporteat, vos attentos vester docebit animus. Verum ante omnia, si et vobis dicere necesse sit, frequenter convenite, utinam singulis horis, alioquin conventus statis diebus. Nam si hoc feceritis, intra muros estis asyli. Perditionis quippe initium est ista desertio. Ne igitur quis, praetextu quod animo erga fratrem pusillo ac iniquo sit, desistat convenire. Si enim aliquis vestrum a congregatione destiterit, cum iis reputabitur qui Christi dissipant ecclesiam, et ut ejus discipulorum inimicorum princeps punietur atque cum adulteris ejicietur. Nam tanquam adulter, per spiritum in

1. τοῦ C.
2. μεταδώσητε C. Tum idem θρέψητε.
3. παρέχετε (lege παρέξητε D) C, qui deinde exh. ἐνδύσετε — ἐπισκέψησθε — βοηθήσητε — ἀποδέξασθε — μισήσητε.
4. συνδέχεσθε, εἴσθε p. συνέρχεσθε, εἴθε O.
5. ταῖς O.
6. Ita O c. S, ποιεῖτε C. Tum ἀσυχίας p. ἀσυλίας O.
7. Ita O c. S, τῇ C.
8. ὕμων O pr. man.
9. Vbb. καὶ ὡς τῶν κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν ὑπάρξας κολασθήσεται, accesserunt ex O. Subsequens καὶ addidi ex conjectura.
10. βληθήσετε O, qui tum μοιχόν.

φάσει τινὸς ἑαυτὸν ἀφώρισεν, καὶ τῷ πονηρῷ κατ᾽ αὐτοῦ χώραν ἔδωκε πρόβατον ἁρπάσαι[1], ὡς μανδρῶν ἔξω εὑρεθέν.

LXX. Πλὴν τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν ἀκούετε, καὶ τιμὴν πᾶσαν αὐτῷ ἀπονέμοντες μὴ κάμητε, εἰδότες[2] ὅτι προφάσει τῇ πρὸς αὐτὸν εἰς Χριστὸν φέρετε, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ εἰς Θεὸν ἀναφέρετε[3]· καὶ τῷ προσενέγκαντι πολυπλασίως ἀνταποδίδοτε[4]. Θρόνον οὖν Χριστοῦ τιμήσετε[5]· ὅτι καὶ Μωυσέως καθέδραν τιμᾶν ἐκελεύσθητε, κἂν οἱ προκαθεζόμενοι ἁμαρτωλοὶ νομίζωνται[6]. καὶ ταῦτα μὲν ὑμῖν αὐτάρκως εἴρηται· αὐτῷ δὲ, πῶς ἀμέμπτως βιοῦν, περιττὸν ἡγοῦμαι λέγειν, ὁπότε τοῦ κἀμὲ διδάξαντος δόκιμος ὑπάρχῃ μαθητής.

LXXI. Πλὴν ἀδελφοί, ἔνια οὐ χρὴ ἀναμένειν ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ ἀφ᾽ ἑαυτῶν τὸ εὔλογον νοεῖν. Ζακχαῖος μόνος[7] ὑμῖν ὅλος ἑαυτὸν ἀσχολεῖν ἀποδεδωκώς, κοιλίαν ἔχων καὶ ἑαυτῷ μὴ εὐσχολῶν, πῶς δύναται τὴν ἀναγκαίαν πορίζειν τροφήν; οὐχὶ δὲ εὔλογόν ἐστι πάντας ὑμᾶς τοῦ ζῆν αὐτοῦ πρόνοιαν[8] ποιεῖν, οὐκ ἀναμένοντας αὐτὸν ὑμᾶς αἰτεῖν, τοῦτο γὰρ προσαιτοῦντός ἐστιν· μᾶλλον δὲ τεθνήξεται λιμῷ, ἢ τοῦτο ποιεῖν ὑποσταίη[9].

ipso exsistentem, praetextu quodam sumpto, seipsum separavit, et malo locum contra se dedit, ut ovem raperet, nimirum extra caulas inventam.

LXX. Porro episcopum vestrum audite, omnemque ei honorem tribuere ne cessetis: scitote quod per illum adducimini ad Christum, et a Christo ad Deum. Adducenti ergo multipliciter retribuite. Honorate Christi thronum. Quandoquidem et Moysis cathedram honorare jussi estis, quamvis in ea praesidentes peccatores habeantur. Atque haec quidem vobis sufficienter sint dicta. Zacchaeo autem qua ratione inculpate vivat, superfluum puto dicere; cum etiam illius qui me docuit probus sit discipulus.

LXXI. Verum, fratres, nonnulla ut audiatis exspectare non oportet, sed ex vobis ipsis quod aequum est intelligere. Zacchaeus solus, se totum quo vobis vacet tradens, cum ventrem habeat, sibique non provideat, quo modo potest cibum necessarium comparare? Nonne vero justum est, ut omnes vos victus ejus curam geratis, neque exspectetis ut petat a vobis? hoc etenim mendico convenit, potius autem peribit fame, quam id facere sustineat. Et

1. ἁρπάσει S. Tum εὑρεθέντα C.
2. ἰδότες O.
3. C legi vult φέρεσθε et ἀναφέρεσθε, atque hanc scripturam in versione latina secutus est. Rectius D proposuit φέρεται et ἀναφέρεται (sc. ἡ τιμή), cfr. supra c. 66, ubi idem legitur iisdem paene verbis. Praeterea cum Cl scribendum προφάσει τῆς (sc. τιμῆς) πρὸς αὐτόν. Vertendum itaque: „scientes, quod sub specie honoris in ipsum (episcopum) collati fertur (honor ille) in Christum et a Christo ad Deum refertur" S.
4. ἀνταποδίδοται O.
5. τιμήσατε C. Tum μωυσέος O.
6. Ita O c. Turriano l. c., νομίζονται C.
7. Fortasse legendum μόνοις S. Tum ὅλως O.
8. αὐτοπρόνοιαν p. αὐτοῦ πρόνοιαν O.
9. Ita O c. S, ὑποστῇ C.

πῶς δὴ καὶ ὑμεῖς οὐ δίκην ὑφέξετε, μὴ λογισάμενοι ὅτι[1] ἄξιός ἐστιν ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ; καὶ μὴ λεγέτω τις· οὐκοῦν ὁ δωρεὰν παρασχεθεὶς λόγος πωλεῖται; μὴ γένοιτο. εἴ τις γὰρ ἔχων, πόθεν ζῆν, λάβῃ[2], οὗτος πωλεῖ τὸν λόγον, εἰ δὲ μὴ ἔχων τοῦ ζῆν χάριν λαμβάνει τροφήν, ὡς καὶ ὁ κύριος ἔλαβεν ἔν τε δείπνοις καὶ φίλοις, οὐδὲν ἔχων, ὁ εἰσαῦθις τὰ πάντα[3] ἔχων, οὐχ ἁμαρτάνει. ἀκολούθως οὖν τιμᾶτε πρεσβυτέρους, κατηχητάς, διακόνους χρησίμους, χήρας εὖ βεβιωκυίας, ὀρφανοὺς ὡς ἐκκλησίας τέκνα· ἀλλὰ καὶ ὁπότε χρεία τινὸς πόρου πρός τι[4] ἀναγκαῖον γένοιτο, ἅμα οἱ πάντες συμβάλλεσθε. εἰς ἀλλήλους εὐσεβεῖτε, μὴ ὀκνοῦντες πᾶν ὁτιοῦν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ὑπομένειν.

LXXII. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπέθηκε χεῖρα τῷ Ζακχαίῳ λέγων· Δέσποτα καὶ κύριε τῶν ὅλων, ὁ πατὴρ καὶ Θεός, σὺ διαφύλαξον ποιμένα μετὰ ποίμνης. σὺ ἡ πρόφασις, σὺ ἡ δύναμις. ἡμεῖς τὸ βοηθούμενον, σὺ ὁ βοηθός, ὁ ἰατρός, ὁ σωτήρ, τὸ τεῖχος, ἡ ζωή, ἡ ἐλπίς, ἡ καταφυγή, ἡ προσδοκία, ἡ ἀνάπαυσις· συνελὼν ἐρῶ· σὺ ἡμῖν τὰ πάντα· πρὸς αἰώνιον ὕπαρξιν σωτηρίας συνέργησον, ῥῦσαι, φύλαξον. πάντα δύνασαι. σὺ γὰρ ἄρχων ἀρχόντων, καὶ κύριος κυρίων, δεσπότης βασιλέων. σὺ δὸς ἐξουσίαν τῷ προκαθεζομένῳ, λύειν ἃ δεῖ λύειν, καὶ δεσμεῖν ἃ δεῖ δεσμεῖν. σὺ σόφισον· σὺ ὡς δι' ὀργάνου[5] δι' αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ σου ὡς καλὴν

qua ratione vos poenas non dabitis, si non reputaveritis, dignum esse operarium mercede sua? Nec dicat aliquis, an ergo gratis datus sermo venditur? Absit. Nam si quis, qui habet unde vivat, accipit, hic vendit sermonem: non peccat vero, si non habens accipiat cibum ad victum, sicut et Dominus in coenis et apud amicos accepit, qui nihil habebat, in posterum tamen omnia possidebit. Convenienter igitur honorate Presbyteros, Catechistas, Diaconos utiles, viduas recte viventes, orphanos velut filios ecclesiae. Sed et cum ad necessarium opus erit pecunia, omnes pariter conferte. Mutuo exercete pietatem, nec pigeat omnia pro salute vestra sustinere.

LXXII. Quibus dictis manum Zacchaeo imposuit, dicens: Here ac Domine omnium, pater et Deus, tu pastorem cum grege custodi. Tu causa, tu potestas. Nos sumus ii qui adjuvantur; tu adjutor, medicus, servator, murus, vita, spes, refugium, gaudium, exspectatio, requies; breviter dicam, tu nobis omnia es. Ad consequendam salutem aeternam opitulare, libera, custodi. Cuncta potes. Tu enim es princeps principum, et dominus dominorum, herus regum. Tu antistiti da potestatem solvendi quae oportet solvere et ligandi quae ligare oportet. Tu doce. Tu per eum tamquam per instrumentum ecclesiam Christi

1. Luc. 10, 7.
2. λάβοι C.
3. εἰς αὖθις πάντα C.
4. τι addidi e. O.
5. Vbb. δι' ὀργάνου, quae male exciderant e textu Schwegleriano, reposui e. O. In eodem seq. mendum δι' αὐτῶ.

νύμφην διαφύλαξον. σοῦ γάρ ἐστιν δόξα αἰώνιος, ὕμνος, πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι[1], εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας. Ἀμήν.

LXXIII. Καὶ ταῦτα εἰπὼν μετὰ ταῦτα ἔφη· ὅσοι ποτὲ βαπτισθῆναι θέλετε, ἀπὸ τῆς αὔριον νηστεύειν ἄρξασθε, καὶ καθημέραν[2] χειροθετεῖσθε, καὶ περὶ ὧν θέλετε πυνθάνεσθε. ἔτι γὰρ ἡμερῶν δέκα ὑμῖν ἐπιμεῖναι θέλω. μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας βαπτίζειν ἀρξάμενος, ἐμὲ φωνήσας καὶ Ἀκύλαν καὶ Νικήτην[3] ἔφη· μέλλων ἐπὶ τὴν Τύρον ὁρμᾶν μεθ'[4] ἡμέρας ἑπτὰ βούλομαι ἐξ αὐτῆς ὑμᾶς ἀπελθόντας, παρὰ τῇ Χαναανίτιδι[5] Βερνίκῃ Ἰούστης θυγατρὶ λανθανόντως ἐπιξενωθέντας, παρ' αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα ἀκριβῶς μαθόντας[6] γράψαι μοι. πολὺ γάρ μοι συμβάλλεται, ἵνα πρὸς αὐτὸ ἁρμόσωμαι. διὸ ἐξ αὐτῆς πορεύεσθε μετ' εἰρήνης. καὶ δὴ[7] βαπτίζοντα αὐτὸν ἐάσαντες, καθὼς ἐκέλευσεν, εἰς Τύρον αὐτὸν προήξαμεν τῆς Φοινίκης.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

I. Καισαρείας δὲ τῆς Στράτωνος ἐξιὼν ἐγὼ Κλήμης, ἅμα Νικήτης τε[8] καὶ Ἀκύλας, εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης εἰσέβαλλον, καὶ κατ' ἐντολὴν

tui velut pulcram sponsam tutare. Ad te enim pertinet aeterna gloria, laus, patri et filio et spiritui sancto, in omnia saecula. Amen.

LXXIII. Quae cum dixisset, postea infit: quicumque baptizari vultis, ex crastino die jejunare incipite, et singulis diebus manus impositionem accipite, ac interrogate de quibus volueritis. Adhuc enim decem dies volo vobiscum manere. Post tres autem dies, cum baptizare coepisset, vocavit me et Aquilam et Nicetam, et dixit: Tyrum profecturus post septem dies volo vos statim abire, et apud Chananaeam Berenicem Justae filiam clam hospitari, atque diligenter eam percontati mihi perscribere quae ad Simonem pertinebunt. Multum enim proderit mihi, ut ad id me praeparem. Quapropter jamjam cum pace pergite. Igitur deserentes eum baptizantem, quemadmodum jusserat, in Tyrum Phoeniciae praecessimus eum.

HOMILIA QUARTA.

I. Caesarea ergo Stratonis egressus ego Clemens simulque Nicetas et Aquila in Tyrum Phoeniciae intravimus, et juxta Petri mandatum, qui miserat

1. πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος O.
2. καθ' ἡμέραν C.
3. νικήταν O.
4. καθ' O.
5. Χανανίτιδι C.
6. μαθόντας textui dedi ex O.
7. δὶς O.
8. τε add. c. O. ἅμα Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης ἐπορευόμεθα Cod. Reg. 804.

Πέτρου τοῦ ἀποστείλαντος ἡμᾶς ἐξενίσθημεν παρὰ Βερνίκῃ θυγατρὶ τῆς Χαναανίτιδος[1] *Ἰούστης· ἥτις ἀσμενέστατα ἡμᾶς ἀπεδέξατο, καὶ πολλῇ μὲν τῇ πρός με τιμῇ ἀγωνιῶσα, στοργῇ δὲ τῇ πρὸς Ἀκύλαν καὶ Νικήτην, διὰ χαρὰν ὡς συνήθης παρρησιαζομένη ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἡμᾶς δεκτικῶς κατήπειγεν. συνιδὼν οὖν ὅτι βραχεῖαν ἡμῖν ὑπέρθεσιν ποιεῖσθαι ἐπέτρεπεν, ὀρθῶς μέν, ἔφην, ποιεῖς, ἐπισπεύδουσα τὰ τῆς ἀγάπης ἀποπληρῶσαι*[2] *μέρη. προτιμητέος δὲ ταύτης ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν φόβος. δέδιμεν*[3] *γὰρ ὑπὲρ πολλῶν ψυχῶν τὸν ἀγῶνα ἔχοντες τῆς ἐκείνων σωτηρίας προτιμᾶν τὴν ἡμετέραν ἀνάπαυσιν.*

II. *Πυνθανόμεθα*[4] *γὰρ ὅτι Σίμων ὁ μάγος, ἐπὶ τῆς ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Πέτρον ζητήσεως ἡττηθείς, παραχρῆμα ἀποδρὰς ἐνταῦθα πολλὰ κακὰ διαπράσσεται*[5]. *πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπεναντίοις παρὰ τὴν ἀλήθειαν λοιδορῶν τὸν Πέτρον τὰς τῶν πολλῶν συναρπάζει ψυχάς. μάγος τε*[6] *γὰρ αὐτὸς ὢν μάγον ἐκεῖνον ἀποκαλεῖ, καὶ πλάνος αὐτὸς ὢν πλάνον ἐκεῖνον ἀποκηρύσσει, καὶ ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἐπὶ πάντων τὸ ἧττον ἀπενεγκάμενος καὶ φυγὼν αὐτὸς φάσκει νενικηκέναι*[7], *καὶ τοῦ Πέτρου μὴ δεῖν ἀκούειν πυκνότερον ἐντέλλεται, ὡς δῆθεν κηδόμενος, ἵνα μὴ ὑπὸ δεινοῦ καταγοητευθῶσι μάγου.*

III. *Ταῦτα οὖν μαθὼν ὁ κύριος ἡμῶν Πέτρος προαπέστειλεν ἡμᾶς*

nos, hospitati sumus apud Berenicem Justae Chananaeae filiam, quae lubentissime nos suscepit; atque multo erga me honore et dilectione erga Aquilam et Nicetam concertans, ut familiaris gaudens ac confidens, magna nos humanitate prosecuta est, nosque ad corpus curandum comiter incitavit. Intuitus ergo, quod hortaretur ut faceremus breves inducias, recte, inquam, agis, dum caritatis implere munia festinas. At ipsi praeferri debet timor erga Deum nostrum. Veremur enim, qui pro multis animabus contendimus, recreationem nostram anteponere earum saluti.

II. Audimus enim, quod Simon magus, in disputatione quam cum domino nostro Petro Caesareae habuit superatus, statimque aufugiens, hic multa perpetrat mala. Apud omnes enim adversarios Petrum falso calumnians multorum abripit animas. Nam cum ipse sit magus, eum magum appellat: et cum sit impostor, impostorem eum proclamat; cumque in disputatione per omnia victus cesserit ac fugerit, vicisse se profitetur; frequenterque praecipit Petrum non esse audiendum, quasi videlicet sollicitus, ne a pessimo illudantur mago.

III. Haec accipiens dominus noster Petrus praemisit nos futuros verbo–

1. *Χαναννίτιδος* C.
2. *ἀποπληροῦν* C.
3. Ita S suffragante O, in cuj. marg. sec. man. notavit *ἴσως δεῖ*. Apud C *δέδειμεν.*
4. Ita O c. S, *πυνθανώμεθα* C.
5. *κακὰ τὰ πράσσεται* O. Subinde C: Malim „in omnibus enim contrariis."
6. *τε* inserui c. O. Idem om. vbb. *ἀποκαλεῖ, καὶ πλάνος αὐτὸς ὢν πλάνον ἐκεῖνον.*
7. *νενικέναι* O.

ἐξεταστὰς τῶν λεχθέντων αὐτῷ ἐσομένους· ἵνα εἰ οὕτως ἔχοι, γραψάντων ἡμῶν αὐτὸς μάθοι[1], καὶ ἐπελθὼν ἐξελέγξῃ αὐτὸν ἐκεῖνον ἄντικρυς ἐφ' ὧν αὐτὸν διέβαλλεν. ἐπεὶ οὖν ὑπὲρ πολλῶν ψυχῶν ὁ κίνδυνος ἡμῖν πρόκειται, τούτου ἕνεκεν, τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναπαύσεως πρὸς βραχὺ ἀμελήσαντες, παρά σου τῆς ἐνταῦθα διαιτωμένης βουλόμεθα ἀψευδῶς μαθεῖν, εἰ ἅπερ ἠκούσαμεν ἀληθῆ τυγχάνει· καὶ λέγοις ἂν ἤδη ἡμῖν ἕκαστα.

IV. Ἡ Βερνίκη δὲ ἀξιωθεῖσα[2], ταῦτα μὲν οὕτως, ἔφη, ἔχει ὡς ἠκούσατε, τὰ δὲ ἄλλα τὰ κατ' αὐτὸν τὸν Σίμωνα, ἅπερ ἴσως ἀγνοεῖτε, ἀκούσατε· φαντάσματά τε γὰρ καὶ ἰνδάλματα ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ φαίνεσθαι ποιῶν δι' ἡμέρας πᾶσαν ἐκπλήττει τὴν πόλιν[3], καὶ προϊόντος αὐτοῦ ἀνδριάντες κινοῦνται, καὶ σκιαὶ πολλαὶ προηγοῦνται, ἅσπερ αὐτὸς[4] ψυχὰς τῶν τεθνηκότων εἶναι λέγει. πολλοὺς δὲ γόητα αὐτὸν ἐλέγχειν πειρωμένους διαλλάξας πρὸς ἑαυτόν, ἔπειθ' ὕστερον[5] προφάσει εὐωχίας, βοῦν θύσας καὶ ἑστιάσας αὐτούς, διαφόροις νόσοις περιέβαλεν καὶ δαίμοσιν ὑπέβαλεν· καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, πολλοὺς κακώσας θεὸς εἶναι ὑποληφθείς, πρὸς τῷ[6] φοβερὸν εἶναι καὶ προτετίμηται.

V. Ὅθεν οὐκ οἴομαι δυνήσεσθαί τινα τοσοῦτον ἀναφθὲν πῦρ σβέσαι. οὐδὲ γὰρ ἐνδοιάζει τις περὶ ὧν ἐκεῖνος ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ τοῦτο οὔ-

rum illius exploratores: ut si ita habeat, ipse scribentibus nobis edoceatur, et adveniens arguat eundem cominus de calumniis erga se. Quando igitur pro multorum animabus periculum nobis adjacet, ideo, corporis nostri refectione ad breve tempus neglecta, a te quae hic degis certo scire volumus, an vera sint quae audivimus: jamque nobis singula edissere.

IV. Berenice vero rogata, haec quidem, inquit, eo modo se habent, quo audivistis: cetera vero ejusdem Simonis, quae forte ignoratis, audite: phantasmata enim et spectra ac simulacra in medio foro quotidie ostendens totam obstupefacit civitatem: et procedente eo statuae moventur, ac multae umbrae praeeunt, quas ipsas dicit esse animas defunctorum. Multos autem, qui eum praestigiatorem nitebantur ostendere, cum sibi conciliasset, tum postea, praetextu convivii, mactato bove ipsisque in escam dato, variis implicuit morbis, daemonibusque subjecit: ac ne plura proloquar, multos affligendo deus esse creditur, et, praeterquam quod formidabilis est, etiam honore afficitur.

V. Quocirca non puto a quoquam ignem tantum accensum posse exstingui. Nemo enim in dubium vocat quae ille pollicetur, sed singuli confirmant rem

1. μάθῃ C. Tum ἐκείνων O.
2. ἀξιωθεῖ O. Idem om. conject. Ci ἔχει, in cuj. textu ἔχειν.
3. Excerpunt haec Anastasius Sinaita, Cedrenus et Nicephorus. Quorum locos apposuit et discrepantiam orationis enotavit Schliemannus Clem. p. 341. S.
4. αὐτὸς S ex Cod. Reg. 804 et Epit. c. 45, αὐτὰς C O. Deest vox apud Anastasium, Cedrenum et Nicephorum.
5. ἑαυτὸν εὐθύστερον C.
6. Ita O c. D, τὸ C.

τως ἔχειν διαβεβαιοῦται ἕκαστος. διὸ τοῦ μὴ κινδυνεύειν ὑμᾶς χάριν παρακαλῶ μηδὲν ἐγχειρῆσαι πρὸς αὐτόν, πρὶν ἂν Πέτρος ἔλθῃ, ὃς μόνος δυνήσεται πρὸς [1] τοσαύτην δυναστείαν, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητής, ἀνταγωνίσασθαι. τοσοῦτον γὰρ πεφόβημαι τὸν ἄνδρα, ὡς, εἰ μὴ καὶ ἄλλοτε πρὸς τὸν κύριόν μου Πέτρον διαλεχθεὶς τὸ ἧττον ἀπηνέγκατο, συνεβούλευσα ἂν ὑμῖν καὶ αὐτὸν πείθειν τὸν Πέτρον, μὴ πειρᾶσθαι ἀντεξετάζεσθαι τῷ Σίμωνι.

VI. Κἀγὼ ἔφην· ὁ κύριος ἡμῶν Πέτρος εἰ ἠγνόει ὅτι αὐτὸς μόνος κατισχύει τῆς ἐκείνου δυναστείας, οὐκ ἂν ἡμᾶς προπέμπων ἐνετέλλετο, λανθανόντως τὰ κατὰ Σίμωνα διαμανθάνοντας αὐτῷ γράφειν. ὅμως ἐπεὶ ἑσπέρα κατειλήφει, ἁλῶν μεταλαβόντες ὑπνώσαμεν. ἕωθεν δέ τις τῇ Βερνίκῃ συνήθης ἐλθὼν ἔφη, τὸν Σίμωνα εἰς τὴν Σιδῶνα ἐκπεπλευκέναι, τῶν δὲ αὐτοῦ μαθητῶν καταλελοιπέναι Ἀππίωνα τὸν πλειστονίκην [2], ἄνδρα Ἀλεξανδρέα, γραμματικὸν τὴν ἐπιστήμην, ὃν πρὸς πατρός μοι φίλον ὄντα [3] ἐπέγνων, καὶ Ἀννουβιῶνα τὸν Διοσπολίτην τινὰ ἀστρολόγον, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἀθηναῖον τῷ Ἐπικούρου [4] ἀρεσκόμενον λόγῳ. ἡμεῖς δὲ τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα μαθόντες, ἕωθεν πάντα γράψαντες καὶ Πέτρῳ διαπέμψαντες, εἰς περίπατον ἀπετραπόμεθα.

VII. Καὶ Ἀππίων ἀπηντήσατο [5] ἡμῖν, οὐ μόνον μετὰ τῶν προειρη-

ita se habere. Quare ea gratia, ut vos in periculum non veniatis, hortor ne quidquam tentetis adversus eum, ante quam Petrus venerit, qui cum sit Domini nostri Jesu Christi probatissimus discipulus, poterit solus contra tantam potentiam dimicare. Tantum quippe metuo hunc hominem, ut, nisi alias cum domino meo Petro disceptans discessisset inferior, consilium dedissem vobis, ipsum quoque Petrum persuaderetis ne cum Simone disputare niteretur.

VI. Et ego respondi: si dominus noster Petrus ignoraret quod ipse solus adversus ejus potentiam praevalet, non utique praemittendo nos mandasset, ut clam Simonis gesta discentes ei scriberemus. Porro cum nox venisset, sumto cibo dormivimus. Mane vero aliquis Berenices familiaris veniens dixit, Simonem in Sidonem navigasse, ex suis autem discipulis reliquisse Appionem Plistonicem, virum Alexandrinum, arte grammaticum, paternum meum amicum mihi cognitum, et Annubionem quemdam Diospolitam, Astrologum, atque Athenodorum Atheniensem Epicureae sectae addictum. Nos autem edocti res Simonis mane cuncta cum scripsissemus et ad Petrum misissemus, ad ambulationem convertimus gradum.

VII. Et occurrit nobis Appion, non solum cum praedictis duobus sociis,

1. Post πρὸς est αὐτὸν in O expunctum.
2. πλειστονίκου O.
3. ὄντα O et ex conject. C, in cuj. textu ὄν. Davisii notulam eo spectantem S non intellexisse videtur. Tum Διοσπολίτην S O, Διοπολίτην C.
4. Ita ex conject. C, qui in textu Ἐπικούρῳ, ut O.
5. ἀπηντάσατο O.

μένων ἑταίρων[1] τῶν δύο, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἑτέρων ἀνδρῶν ὡς τριάκοντα. καὶ ἅμα τῷ ἰδεῖν με προσαγορεύσας καὶ καταφιλήσας ἔφη· οὗτός ἐστι Κλήμης, περὶ οὗ ὑμῖν τῆς τε εὐγενείας καὶ τῆς ἐλευθεροπρεπείας[2] πολὺν ἐποιούμην λόγον, ὅτι ἀνὴρ πρὸς γένους Τιβερίου Καίσαρος ὢν καὶ πάσης ἑλληνικῆς παιδείας[3] ἐξησκημένος ὑπὸ βαρβάρου τινός, τὴν προσηγορίαν Πέτρου, τὰ τῶν[4] Ἰουδαίων ποιεῖν καὶ λέγειν ἠπάτηται. ὅθεν ἀξιῶ συναγωνίσασθαί μοι πρὸς τὴν διόρθωσιν αὐτοῦ. καὶ ἐφ' ὑμῶν αὐτοῦ πυνθάνομαι. λεγέτω μοι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ εὐσεβεῖν ἑαυτὸν ἀποδεδωκέναι νομίζει, πῶς οὐχὶ τὰ μέγιστα ἀσεβεῖ, καταλιπὼν[5] μὲν τὰ πάτρια, ἀποκλίνας δὲ εἰς ἔθη βάρβαρα.

VIII. Κἀγὼ[6] ἀπεκρινάμην· τὴν μὲν πρὸς ἐμέ σου ἀγαθὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι, τὴν δὲ ἀγνωσίαν ἀποσείομαι. ἡ μὲν[7] γὰρ προαίρεσις ἀγαθή, ὅτι, ἐν οἷς δοκεῖς[8] καλοῖς, ἐν τούτοις εἶναί με θέλεις· ἡ δὲ γνῶσις οὐκ ὀρθῶς ἔχουσα φιλίας προφάσει ἐνεδρεύειν ἀγωνίζεται. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ἀγνωσία σοι[9] εἶναι δοκεῖ, τὰ πάτρια ἔθη φυλάττοντα τὰ Ἑλλήνων φρονεῖν; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· τὸν εὐσεβεῖν[10] προαιρούμενον οὐ πάντως φυλάσσειν δεῖ τὰ πάτρια, ἀλλὰ φυλάσσειν μὲν ἐὰν ᾖ εὐσεβῆ, ἀποσείεσθαι

sed et cum aliis viris triginta circiter. Ac simul atque me vidit, salutans et osculatus ait: Hic est Clemens, de quo multum ad vos sermonem habui, de illius nobilitate ac moribus liberalibus; quod vir ex genere Tiberii Caesaris, et in omni graeca disciplina exercitatus, a Barbaro quodam, qui vocatur Petrus, fraude compulsus esset ad peragendos ac praedicandos Judaeorum ritus. Quare rogo, ut me in illo corrigendo adjuvetis. Et coram vobis eum interrogo. Respondeat mihi, quandoquidem arbitratur, quod se, ut pietatem coleret, dediderit, quo modo non maxime impius sit, qui patrios dereliquerit, declinaverit vero ad barbaros mores.

VIII. Et ego respondi: Tuam quidem in me praeclaram voluntatem habeo acceptam; at ignorationem amolior. Scilicet, praeclara quidem voluntas est, quod in iis, quae tibi bona videntur, me versari cupis: verum cognitio non recte habens praetextu amicitiae insidiari nititur. Dixit Appion: Num ignoratio tibi videtur, patrios ritus servando sentire cum Graecis? Et ego respondi: Qui vitam pie agere statuit, non omnino debet servare patria instituta, sed servare

1. ἑτέρων O. Idem καθ' ἑτέρων.
2. Ita intellige lectionem Ottoboniani ἐλευθερωπρεπείας cum Cod. Reg. 804, ἐλευθεροτροπείας C.
3. Repone πᾶσαν ἑλληνικὴν παιδείαν, uti semper loquuntur idonei scriptores. Vide Epit. c. 46. D.
4. τῶν inserui c. O.
5. Ita O c. Cl et S, καταλειπὼν (sic) C. Dein ἔθνη Cod. Reg. 804.
6. Ἐγὼ C.
7. ἡμᾶς p. ἡ μὲν O.
8. δοκεῖν O.
9. ἀγνωσίας sine σοι O.
10. ἀσεβεῖν O in textu, ἴσως εὐσεβεῖν al. man. in marg.

δὲ ἐὰν ἀσεβῆ τυγχάνῃ. ἐνδέχεται γάρ τινα πατρὸς ἀσεβοῦς ὄντα, εὐσεβεῖν βουλόμενον, τῷ μὴ τοῦ πατρὸς ἀκολουθεῖν σεβάσματα[1]. καὶ ὁ μὲν Ἀππίων ἀπεκρίνατο· τί οὖν; τὸν σὸν πατέρα ἔφης κακοῦ βίου γεγονέναι; κἀγὼ ἔφην· κακοῦ μὲν οὐκ ἦν βίου, κακῆς δὲ ὑπολήψεως. καὶ ὁ Ἀππίων· τίς ἦν ἡ κακὴ αὐτοῦ ὑπόνοια ἀκοῦσαι θέλω. κἀγὼ ἔφην· ὅτι τοῖς[2] τῶν Ἑλλήνων ψευδέσι καὶ[3] κακοῖς ἐπίστευε μύθοις. καὶ ὁ Ἀππίων ἐπύθετο· τίνες εἰσὶν οὗτοι τῶν Ἑλλήνων οἱ ψευδεῖς τε[4] καὶ κακοὶ μῦθοι; κἀγὼ ἔφην· ἡ περὶ θεῶν οὐκ ὀρθὴ δόκησις, ἣν ἐὰν μακροθυμῇς, ἀκούσῃ μετὰ τῶν φιλομαθῶν.

IX. Διὸ πρὸ τῶν διαλόγων εἴς τινα ἡσυχώτερον[5] ὑποχωρήσωμεν ἤδη τόπον· ἐνταῦθα ὑμῖν διαλεχθήσομαι. τοῦ δὲ ἰδιολογεῖσθαί με βούλεσθαι αἰτία γέγονεν αὕτη[6], ἐπειδὴ οὐχ οἱ πολλοὶ οὐδὲ οἱ φιλοσοφοῦντες αὐτοὶ ἅπαντες γνησίως προσέρχονται τῇ τῶν ὄντων κρίσει. ἴσμεν γὰρ πολλοὺς καὶ τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγαλοφρονούντων[7] κενοδοξοῦντας, ἢ χρηματισμοῦ χάριν περιβεβλημένους τὸν τρίβωνα καὶ οὐκ αὐτῆς ἀρετῆς ἕνεκεν, οἵπερ, ἐὰν μὴ εὕρωσι δι' ὃ φιλοσοφοῦσιν, ἐπὶ τὸ χλευάζειν τρέπονται. διὰ δὴ τοὺς τοιούτους ἐπιτήδειόν τινα πρὸς τὸ ἰδιάζειν τόπον ἐπιλεξώμεθα.

X. Καί τις ἐν αὐτοῖς πλούσιος ἀνήρ, καὶ διὰ παντὸς χῶρόν τινα

quidem, si pia sint, abjicere vero, si sint impia. Usu enim venire solet, ut aliquis, patre impio natus, velit vivere pie, patris mores sequi nolens. Excepit Appion: Quid ergo? patrem tuum ais malae vitae exstitisse? Respondi ego: Non quidem erat malae vitae, sed malae opinionis. Et Appion: Quae illius fuerit mala sententia, cupio audire. Et ego dixi: Quod falsis ac pravis Graecorum fabulis habuit fidem. Atque Appion sciscitatus est: Quaenam sunt hae Graecorum falsae ac pravae fabulae? Respondi: Non recta de diis opinatio; quam, si aequo animo fers, cum discendi cupidis audies.

IX. Quare ante dissertationem jam secedamus in quietiorem aliquem locum, ubi vobiscum disseram. Quod autem velim seorsum colloqui, causa haec est, quia non accedunt sincere plerique, neque etiam omnes philosophi, ad judicandum de rebus. Multos siquidem novimus, eorum quoque qui de se ob philosophiae professionem magnifice sentiunt, inani gloria duci, aut lucri cupiditate non autem virtutis amore indui pallio: qui, si non invenerint id propter quod philosophantur, vertunt se ad cachinnos. Ob istos ergo aptum aliquem locum eligamus, in quo soli simus.

X. Tum quidam ex illis, vir dives, qui agrum possidebat frondibus ele-

1. Ita scripsi c. O verborum μὴ τῷ ordine inverso, μὴ θέλειν τῷ τοῦ πατρὸς ἀκολουθεῖν C. Tum μὲν post ὁ om. O.
2. τοῖς deest in O.
3. καὶ om. O.
4. τε inserui c. O.
5. Ita O c. S, ἡσυχότερον C.
6. αὕτη S O, αὐτὴ C.
7. μέγα φρονούντων O.

περὶ ἑαυτὸν κεκτημένος παμμήνων φύλλων[1], ἔφη· ἐπειδὴ σφόδρα καῦμα ἐπιφλέγει, βραχὺ τῆς[2] πόλεως εἰς ἐμοὺς κήπους ὑποχωρήσωμεν. καὶ δὴ προϊόντες ἐκαθέζοντο, ἔνθα ἦν καθαρὰ ψυχρῶν ναμάτων ῥεύματα καὶ δένδρων παντοίων χλοερὰ σκέπη. ἔνθα ἐγὼ ἀσμένως ἐκαθεζόμην καὶ οἱ λοιποὶ περὶ ἐμέ, καὶ ἡσυχάζοντες, ἀντὶ τῆς μελλούσης ἀξιοῦν με φωνῆς, διὰ τοῦ ἀτενίζειν εἰς ἐμὲ δῆλοι ἦσαν τῆς ὑποσχέσεως[3] τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτοῦντες. καὶ δὴ οὕτως λέγειν ἠρξάμην.

XI. Πολλή τις, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας τε καὶ συνηθείας. ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται, τὸ δὲ ἔθος, ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς εἴτε ψευδές, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται, καὶ οὔτε ἀληθεῖ[4] ὄντι αὐτῷ ἥδεται ὁ παραλαβών, οὔτε ψευδεῖ ἄχθεται. οὐ γὰρ[5] κρίσει, ἀλλὰ προλήψει ὁ τοιοῦτος πεπίστευκεν, γνώμῃ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐπ' ἀδήλῳ τύχῃ[6] τὴν ἰδίαν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα. καὶ οὐκ ἔστι ῥᾳδίως ἀποδύσασθαι τὴν πάτριον[7] περιβολήν, κἂν πάνυ αὐτῷ δεικνύηται μωρὰ καὶ καταγέλαστος οὖσα.

XII. Αὐτίκα γοῦν ἐγὼ τὴν πᾶσαν Ἑλλήνων παιδείαν κακοῦ δαίμονος

gantissime ornatum, dixit: Quandoquidem vehementer adurit aestus, paullulum a civitate ad hortos meos secedamus. Et progressi consederunt, ubi pura erant gelidorum laticum fluenta, et arborum omnigenum tegmen viride. Ibi ego lubens sedi, et reliqui circa me; qui silentes, pro voce qua me rogaturi erant, per fixos in me oculos clare videbantur quam promiseram demonstrationem poscere. Itaque sic loqui coepi.

XI. Multa est, viri graeci, differentia inter veritatem atque consuetudinem. Veritas enim sincere quaesita invenitur: consuetudo autem, quaecumque assumatur, seu vera, seu falsa, temere a se ipsa confirmatur; neque cum vera est, laetatur is qui assumit, neque cum falsa, contristatur. Non enim judicio, sed praesumta opinione is credidit, incerta fretus fortuna, majorum scilicet placito suam ipsius spem confisus. Nec facile est exuere hereditarium sententiae amictum, licet ei penitus ostendatur stultus ac ridiculus.

XII. Jam igitur ego universam Graecorum doctrinam dico esse pernicio-

1. παμμιούσων φύλλων C. Prior vox dubio procul est barbara, nec satis liquet quid sit reponendum. Forte παμμίκτων φύλλων, nam postea παντοίων δένδρων meminit. D. Crediderim legi posse παμμήνων φύλλων, ut significentur arbores per omnes menses foliis abundantes, etiam media aestate. Cl. Praeterea conjectaverit aliquis παμμυρίων. Sed maxime placet, quod proposuit Lobeckius Aglaoph. p. 107. παμπλούσιον φύλλων. S. παμμούσων φύλλων O.

2. Ita O c. S, βραχὺ τῇ C, qui conjecit βραχύ τι.

3. ὑποθέσεως S.

4. Ita conj. C, in cuj. textu ἀληθὲς. Et O ἀληθές, in marg. al. man. ἴσως ἀληθεῖ.

5. γὰρ om. O.

6. τύχῃ om. Joan. Damascenus, qui totum caput repetiit in Eclogis: atque delendam eam vocem censet D. S. Tum add. ἰδίαν c. O.

7. πατρῴαν Joan. Dam. Tum δεικνύηται S, δείκνυται C O.

χαλεπωτάτην ὑπόθεσιν εἶναι λέγω. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πολλοὺς θεοὺς εἰσηγήσαντο, καὶ τούτους κακοὺς καὶ παντοπαθεῖς· ἵνα ὁ τὰ ὅμοια πράττειν θέλων μηδὲ αἰδῆται[1], ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπου ἴδιον, παράδειγμα ἔχων τῶν μυθολογουμένων θεῶν τοὺς κακοὺς καὶ ἀσέμνους βίους. τῷ δὲ μηδὲ αἰδεῖσθαι οὐδὲ ἐλπίδα μετανοίας ὁ τοιοῦτος ἐμφαίνει. ἄλλοι δὲ εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο, τὴν λεγομένην γένεσιν[2], παρ᾽ ἣν μηδὲν πάσχειν τις ἢ ποιεῖν δύναται[3]. ὁμοίως οὖν καὶ τοῦτο τῷ πρώτῳ ταὐτόν ἐστιν. νομίσας γάρ τις ὅτι παρὰ γένεσιν οὐδεὶς οὔτε πάσχειν οὔτε ποιεῖν τι δύναται[4], ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεται, καὶ ἁμαρτὼν οὐ μεταμελεῖται ἐφ᾽ οἷς ἠσέβηκεν, ἀπολογίαν φέρων ὅτι ὑπὸ γενέσεως αὐτὰ ποιεῖν ἐξηναγκάζετο· καὶ ὡς τὴν γένεσιν κατορθῶσαι[5] μὴ δυνάμενος, ἐφ᾽ οἷς ἐξαμαρτάνει οὐδὲ τὸ αἰδεῖσθαι ἔχει.

XIII. Ἄλλοι δὲ ἀπρονόητον φορὰν εἰσηγοῦνται, ὡς αὐτομάτως τῶν πάντων περιφερομένων, οὐδενὸς ἐφεστηκότος[6] δεσπότου. ταῦτα δὲ οὕτω νομίζειν, ὡς εἰρήκαμεν, πασῶν δοξῶν τυγχάνει οὖσα χαλεπωτάτη. ὡς γὰρ οὐκ ὄντος τοῦ ἐφεστῶτος καὶ προνοουμένου καὶ ἑκάστῳ τὸ κατ᾽ ἀξίαν[7]

sissimam mali daemonis disciplinam. Alii enim illorum induxerunt multos deos, eosque malos omnibusque obnoxios perturbationibus: ut qui similia patrare velit, non erubescat, quod est hominis proprium, dum pro exemplo habet fabulosorum deorum pravos et inhonestos mores. Ex eo autem quod neque erubescit, poenitentiae is nec spem ostendit. Alii vero fatum seu Genesin invexerunt, praeter quam nemo quidquam vel facere vel pati potest. Similiter ergo et hoc idem est cum primo. Existimans enim aliquis, neminem praeter Genesin quidquam vel pati vel facere posse, facile ad peccandum accedit, et post peccatum non ducitur poenitentia impie gestorum, affertque pro defensione, quod a Genesi ita facere coactus sit: et quasi qui nequeat corrigere Genesin, neque verecundiam habet in peccatis.

XIII. Alii vero introducunt providentiae expertem casum, ac si omnia sponte sua circumferantur, Domino nullo praesidente. Haec autem ita censere, ut diximus, omnium sententiarum est perniciosissima. Tamquam enim nullus sit praeses ac provisor singulisque pro merito distributor, omne quod fieri

1. Ita O c. S, αἰδεῖται C.

2. Cfr. Hom. XIV, 3. 4. Γένεσις significat in libro nostro astrologicum coeli statum sive constellationem, in qua quis natus est, τὸ τῆς γενέσεως διάθεμα. Hom. XIV, 6. Astrologia est τῆς γενέσεως ἐπιστήμη. Hom. XIV, 5. S.

3. Ita D, τι — δύνασθαι C O. Epit. c. 49: καὶ παρ᾽ αὐτὴν οὔτε πάσχειν τινὰ δυνατὸν εἶναί φασιν, οὔτε ποιεῖν.

4. Ita scripsi c. O, οὐδεὶς οὔτε πάσχειν ἔχει C, qui οὔτε ποιεῖν ex Epit. reponendum esse recte vidit; οὐδεὶς οὔτε ποιεῖν οὔτε πάσχειν ἔχει S.

5. Ita O c. S. καθορθῶσαι C.

6. ἀφεστηκότος O, in marg. al. man. ἐφεστηκότος.

7. καταξίαν O. Tum δύνανται Cod. Reg. 804, δύναται C O.

XIII. *Δεσμὰ δὲ τὰ Κρόνου ἐστὶν ἡ σύμπηξις οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὡς καὶ ἄλλων ἀλληγορούντων ἀκήκοα, ἡ δὲ ἀποκοπὴ τῶν μορίων ὁ τῶν στοιχείων χωρισμὸς καὶ διάκρισις, ὅτι πάντα ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ἀπετμήθη καὶ ἀφωρίσθη*[3]*, καθ' ἑαυτὰ τετάχθαι ἕκαστον· καὶ οὐκ ἔτι γεννᾷ χρόνος, ἀλλὰ τὰ γεννηθέντα δι' αὐτοῦ νόμῳ φύσεως ποιεῖται τὰς διαδοχάς. ἡ δὲ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνακύψασα Ἀφροδίτη, ἡ ἐκ τοῦ ὑγροῦ γόνιμος οὐσία, ᾗ τὸ θερμὸν πνεῦμα μιγὲν τὸν τῆς μίξεως ποιεῖται ἔρωτα, καὶ τελεσιουργεῖ τοῦ κόσμου τὸ κάλλος.*

XIV. *Τὸ δὲ συμπόσιον τὸ γαμήλιον, ἔνθα τὸ δεῖπνον ἐτέλει Ζεύς, ὑπέρ τε τῆς Νηρεΐδος*[4] *Θέτιδος καὶ τοῦ καλοῦ Πηλέως ἀλληγορίαν ἔχει ταύτην, ἵνα γνῷς ὅτι καὶ ἄνευ σου, Ἀππίων*[5]*, τὰ τοιαῦτα ἠκούσαμεν. τὸ μὲν δὴ συμπόσιον ὁ κόσμος· οἱ δὲ δώδεκα, τὰ*[6] *οὐράνια τῶν μοιρῶν*

supernatans. Tertia vero soboles suprema est atque aether, scilicet Juppiter, quae absorpta non fuit, sed cum esset calida vis, haberetque naturam sursum vergentem, sicut impetu quodam in superiorem ac maxime principalem aetherem evolavit.

XIII. Saturni autem vincula sunt caeli ac terrae compages, ut alios interpretantes audivi. Abscissio vero membrorum genitalium est elementorum sejunctio ac discretio: quoniam omnia a sua natura abscissa fuerunt et separata, ut singula seorsum collocarentur: nec amplius gignit tempus, sed quae per illud genita sunt, naturali ordine faciunt successiones. At quae ex pelago emersit Venus, est humidi fecunda substantia, cum qua mistus calidus spiritus coitus cupidinem indit, et mundi perficit venustatem.

XIV. Convivium autem nuptiale, cum Juppiter coenam celebravit propter Thetidem Nereidem et eximium Peleum, hanc habet allegoriam, ut scias, Appion, etiam sine te ista nos audiisse. Convivium itaque mundus est; duodecim vero illi regionum caeli fulcimenta sunt, quae signa vocant: Prometheus pro-

jectura, *Ποσειδῶν, ὃς ἥ τις* C, *Ποσειδῶν ὅς ημις* (sic) O, *Ποσειδῶν, ὅστις* legi vult D.

1. Ita S, *ὁλκωτάτῃ* C O. Comparativus *ὁλκότερος* occurrit Hom. IX, 15. Tum *ὥσπερ* C, *ὅπερ* vel *ὅσπερ* jam proposuit S.

2. *ητις* (sic) O.

3. *ἀφορίσθη* O. Tum leg. *καὶ καθ' ἑαυτὰ τέτακται ἕκαστον.* S.

4. *νηρηΐδος* O.

5. *Ἀππίον* S.

6. *τὰ* adj. c. O. D: Cotelerii versionem non satis capio. Legendum videtur *οὐράνιοι τῶν Μοιρῶν περιστηρίγματα*, „duodecim coelestes (sive Dii) sunt Parcarum fulcimenta.“ Astrologos enim ex Zodiaci signis fata nascentium praedixisse nemini latet· Vide Achill. Tat. Isag. ad Arat. Phaen. c. 23. p. 145.

περιστηρίγματα, ἅ τινα ζώδια καλοῦσιν· Προμηθεὺς ἡ προμήθεια, ὑφ' ἧς τὰ πάντα ἐγένετο· Πηλεὺς πηλὸς ὁ ἀπὸ γῆς εἰς ἀνθρώπου γένεσιν περινοηθεὶς[1] καὶ μιγεὶς τῇ Νηρεΐδι, τουτέστιν ὕδατι. ἐκ δὲ τῆς τῶν δύο μίξεως, ὕδατός τε καὶ γῆς, ὁ πρῶτος, οὐ γεννηθεὶς, ἀλλὰ πλασθεὶς τέλειος καὶ[2] διὰ τὸ μαζοῖς χείλη μὴ προσενεγκεῖν Ἀχιλλεὺς προσηγορεύθη· ἔστι δὲ αὐτὸς καὶ[3] ἀκμή, ἥτις ἐὰν ἐπιθυμίαν, Πολυξένην, ὡς ἀληθείας ἀλλοτρίαν οὖσαν καὶ ξένην[4], ἐπιθυμῇ, ἰῷ ὄφεως ἀναιρεῖται, βέλει κατὰ πτέρναν καὶ κατὰ ἴχνος ἐνέρποντος τοῦ θανάτου.

XV. Ἥρα τοίνυν καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀφροδίτη καὶ Ἔρις καὶ μῆλον καὶ Ἑρμῆς καὶ κρίσις καὶ ποιμὴν τοιοῦτόν τινα νοῦν ὑπαινίσσεται· Ἥρα σεμνότης· Ἀθηνᾶ ἡ ἀνδρεία· Ἀφροδίτη αἱ ἡδοναί. Ἑρμῆς ὁ ἑρμηνευτικὸς λόγος· ὁ ποιμὴν Πάρις ἡ ἀλόγιστος ὁρμὴ καὶ βάρβαρος. ἐὰν οὖν κατὰ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας ὁ τὴν ψυχὴν ποιμαίνων λογισμὸς τύχῃ ὢν βάρβαρος, καὶ παραλιπὼν τὰ συμφέροντα, ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην παρωσάμενος, μόνας ἕληται τὰς ἡδονὰς καὶ μόνῃ τῇ ἐπιθυμίᾳ τὴν νίκην ἀποδῷ, ὡς παρ' αὐτῆς τὰ τέρποντα ἀντιλαμβάνων, ἐπ' ὀλέθρῳ ἑαυτοῦ τε

videntia, per quam omnia facta sunt: Peleus limus, qui e terra ad hominis generationem excogitatus est, et cum Nereide, id est aqua commistus. Ex amborum vero mistura, aquae et terrae, primus non genitus, sed formatus est perfectus; et quod uberibus labia non admoverit, Achilles nuncupatus fuit; est autem illo robur, quod propter amorem cupiditatis, Polyxenae, ut quae a veritate aliena sit ac peregrina appetat, serpentis veneno interficitur, irrepente morte ex sagitta per calcaneum et vestigium.

XV. Juno igitur, Minerva, Venus, Discordia, malum, Mercurius, judicium et pastor hanc habent significationem. Juno, honestas: Minerva, fortitudo: Venus, voluptates: Mercurius, sermo rerum interpres: pastor Paris, impetus expers rationis et barbarus. Si ergo in flore aetatis intellectus, animae pastor, barbarus sit, qui utilia deserens, fortitudinem repellens ac temperantiam, solas eligat voluptates, solique cupiditati tradat victo.iam, ut qui ab ea vicissim dulcia consequatur, ad sui suorumque perniciem, qui non recte judicarit, ob-

1. Scribe παραληφθεὶς cum Davisio, vel, quod ego praetulerim, παραπλασθεὶς vel simile aliquid. S.

2. καὶ male omisit S c. Cl. Tum προσενέγκειν O.

3. Cotelerius legi vult καὶ ἀκμή, ἥτις ἐρᾶν ἐπιθυμίαν, quod etiam vertendo expressit. At ea scriptura neque graeca est, neque Cotelerii versio ex ea efficitur. Quare Davisius locum corruptissimum ita restituendum esse putavit: ἔστι δ' αὐτὸς κατ' ἀκμήν, ἥτις ἐὰν ἐπιθυμῇ ἔχειν Πολυξένην, quod interpretatur: „est vero ipse in aetatis flore, quo tempore si quis ducere cupiat Polyxenam“. Parum apte. Meo quidem judicio sic scribendum: ἔτι (non ἔστι) δ' αὐτὸς κατ' ἀκμὴν ἥβης, ἔχειν ἐπιθυμῶν Πολυξένην, — ἀναιρεῖται, (vel etiam κατ' ἀκμὴν ἡλικίας ἐπιθυμῶν Πολυξένην: nam verbum ἐπιθυμεῖν a scriptoribus aetatis inferioris cum accusativo conjungi notum est, cf. Hom. XVII, 12.) S.

4. Virgulam delevi post ξένην et addidi ἐπιθυμῇ c. O, in quo ἐπιθυμεῖ.

καὶ τῶν αὐτοῦ ὁ μὴ ὀρθῶς κρίνας τὴν τέρψιν λήψεται. Ἔρις δέ ἐστιν[1] *ἡ φιλονεικοῦσα κακία. τὸ δὲ τῶν Ἑσπερίδων χρυσοῦν μῆλον ὁ πλοῦτος ἂν εἴη, ὃς ἐνίοτε καὶ τοὺς σώφρονας, ὥσπερ τὴν Ἥραν, πρὸς ῥᾳθυμίαν*[2] *ἐφίσταται*[3], *καὶ τοὺς ἀνδρείους, ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν, εἰς τὰ μὴ αὐτοῖς πρέποντα φιλονεικοτέρους*[4] *ἀπεργάζεται, καὶ ψυχῆς κάλλος, ὥσπερ Ἀφροδίτην, προφάσει τρυφῆς ἀπολλύει. συντόμως ἐρῶ· πάντας εἰς κακὴν ἔριν ἀνερεθίζει ὁ πλοῦτος.*

XVI. *Ὁ δὲ τὸν τοῦ πλούτου ἡγεμόνα καὶ φύλακα ὄφιν ἀνελὼν Ἡρακλῆς ὁ γνήσιος καὶ φιλόσοφός ἐστι νοῦς, ὃς*[5] *πάσης κακίας γυμνὸς ὢν ἐκπερινοστεῖ τὸν κόσμον, ἐπιδημῶν ταῖς ψυχαῖς καὶ σωφρονίζων τοὺς ἐντυγχάνοντας, λέγω δὲ ἀνθρώπους ἐοικότας λέουσι τολμηροῖς ἢ ἐλάφοις δειλαῖς*[6] *ἢ κάπροις ἀγρίοις ἢ ὕδραις πολυτρόποις. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ἀθλῆσαι λέγεται Ἡρακλῆς, νοερᾶς ἀρετῆς ἐστιν αἰνίγματα. αὐτάρκως δὲ*[7] *νῦν ἐχέτω τὰ εἰρημένα· εἰς γὰρ ἕκαστον εἰπεῖν οὐδὲ ὁ σύμπας χρόνος ἀρκέσει*[8].

XVII. *Πλὴν θαυμάζω, πῶς ταῦτα σαφῶς καὶ εὐσεβῶς καὶ ὠφελίμως ἀκαλύπτῳ τῇ εὐθείᾳ δηλοῦσθαι δυνάμενα, οἱ πλαγίοις ἀποκρύψαντες αἰνίγμασι καὶ μύθοις αὐτὰ προκαλύψαντες κακοῖς ὑπό σου ἔμφρονες καὶ σοφοὶ εἶναι λέγονται, οἵτινες ὥσπερ ὑπὸ κακοῦ προαχθέντες δαίμονος σχε-*

lectationem praeferet. Discordia vero est contentiosa malitia. Hesperidum autem pomum aureum divitiae sint, quae interdum etiam temperantes, ut Junonem, ad socordiam impellunt, et fortes, ut Minervam, ad ea quae illos non decent contentiosiores reddunt, animique pulcritudinem, sicut Venerem, praetextu deliciarum pessumdant. Uno verbo dicam: cunctos ad malam discordiam instigant divitiae.

XVI. Porro Hercules, qui divitiarum ducem et custodem serpentem interimit, intellectus est sincerus et philosophicus, qui omnis sceleris purus mundum circuit, ad animas adveniens, et obvios castigans, homines dico, leonibus audacibus similes vel timidis cervis vel feris apris vel hydris multiplicibus. Itemque cetera omnia, quae debellasse dicitur Hercules, innuunt vim animi. At nunc quae dicta sunt sufficiant. Ad singula enim referenda omne non satis esset tempus.

XVII. Ceterum miror cur, cum haec clare, pie ac utiliter, aperta rectaque via potuissent declarari, ii qui illa obliquis celaverunt aenigmatibus atque turpibus occultarunt fabulis, dicantur a te cordati ac sapientes exstitisse. Qui

1. *ἐστιν* om. O.
2. Leg. *ἐπιθυμίαν*. Non enim Junonem socordem, sed ejus potiundi cupidam fecit *τῶν Ἑσπερίδων μῆλον*. D.
3. *ἐφίσταται* D, *ἐπίσταται* C, *παράγειν ἐπίσταται* O.
4. *φιλονικοτέρους* O.
5. *ὅς* O c. S, *ὃ* C.
6. *δειλοῖς* C.
7. *δὲ* excidit ap. Cl et S.
8. Malim *ἀρκέσειεν*. S.

δὸν τοὺς πάντας ἐνήδρευσαν ἀνθρώπους. ἢ γὰρ οὐκ ἔστι ταῦτα αἰνίγματα, ἀλλ᾽ ἀληθῆ τῶν θεῶν ἁμαρτήματα, καὶ ἐλέγχειν αὐτοὺς οὐκ ἔδει, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς μίμησιν προτιθέναι· ἢ αἰνιγματωδῶς ἐλέγχθη[1] τὰ ὑπὸ τῶν θεῶν ψευδῶς πεπραγμένα[2], καὶ ἥμαρτον, ὦ Ἀππίων, ὅτι οἱ ὑπό σου ὀνομαζόμενοι σοφοὶ τὰ σεμνὰ ἀσέμνοις μύθοις καλύψαντες ἁμαρτεῖν τοὺς ἀνθρώπους προετρέψαντο, καὶ ταῦτα ὑβρίσαντες οὓς καὶ θεοὺς εἶναι ἐνόμισαν.

XVIII. Διόπερ[3] μὴ σοφούς, ἀλλὰ κακοὺς δαίμονας τοὺς τοιούτους νόμιζε, οἵτινες κακὰς ὑποθέσεις ἔργων καλῶν προεβάλλοντο, ἵνα οἱ θέλοντες μιμηταὶ γενέσθαι τῶν κρειττόνων τὰς τῶν λεγομένων θεῶν ζηλῶσι πράξεις, ἃς διαλεγόμενος τῇ πρὸ ταύτης ἡμέρᾳ οὐκ ἀπεκρυψάμην, λέγω δὲ πατροφονίας, τεκνοκτονίας[4], μίξεις ἀσεβεῖς μητέρων, θυγατέρων, ἀδελφῶν, μοιχείας τε[5] ἀπρεπεῖς καὶ ἀρρενομιξίας καὶ μιαρὰς ἀρρητουργίας, πρὸς ἄλλαις μυρίαις τοιαύταις ἀθεμίτοις μίξεσιν[6]. ὧν ἀσεβέστατοι[7] οἱ ταῦτα ἀληθῆ δοκεῖν εἶναι θέλοντες, ἵνα τὰ ὅμοια ποιοῦντες μὴ αἰδῶνται[8]. οἵπερ εἴγε εὐσεβεῖν ἐβούλοντο, ἐχρῆν αὐτούς, ὅπερ ἀρτίως εἶπον, εἰ καὶ ὄντως οἱ θεοὶ τὰ περὶ αὐτῶν ᾀδόμενα διεπράξαντο κακά, τιμῇ τῇ[9]

sane velut a malo producti daemone omnes fere homines seduxerunt. Aut enim haec non sunt aenigmata, sed peccata deorum vera, tum non oportuit illos ostendere, neque principio ea hominibus proponere imitanda: aut aenigmatice ostensa sunt, quae a diis vere facta non fuerant, et deliquerunt, Appion, quos vocas sapientes, dum honesta inhonestis fabulis velantes ad peccandum homines incitarunt, idque cum contumelia eorum, quos et credebant deos.

XVIII. Quocirca non sapientes, sed daemones pravos istos existima, qui mala operum bonorum argumenta praetenderunt, ut ii qui cuperent praestantiorum fieri imitatores, vulgatorum deorum aemularentur gesta, quae pridie disserens non occului, parricidia, inquam, liberorum caedes, impios cum matribus, filiabus, sororibus concubitus, indigna adulteria, masculorum initus, et impuras nefandasque libidines, cum innumeris aliis ejusdemmodi illicitis commistionibus. Inter quos homines maxime impii sunt, qui haec facinora cupiunt videri vera, quo similia facientes non erubescant. At si pie agere voluissent, oportuit, sicut modo dixi, ut, etsi dii vere admisissent de iis decantata flagi-

1. ἐλεγχθῆναι O.

2. Sensus postulare videtur ἀψευδῶς πεπραγμένα, „vere facta." D. Nequaquam. Recte sibi opponuntur τὰ ἀληθῆ τῶν θεῶν ἁμαρτήματα et ὑπὸ τῶν θεῶν ψευδῶς sive οὐκ ἀληθῶς πεπραγμένα. S. Idem Ἀππίον.

3. Δι᾽ ὅπερ C. Tum reposui vbb. ἀλλὰ κακοὺς in Ed. Schwegleriana omissa.

4. τεκτον (sic) τεκνοκτονιας O, priore voce subnotata.

5. τε inserui c. O. Tum ἀρρενομίξεις C.

6. D conj. πράξεσιν.

7. ἀσεβέστεροι C.

8. Ita O c. S, αἰδοῦνται C.

9. τῆς O.

πρὸς θεοὺς εὐπρεπεστέροις τισὶ μύθοις τὰ ἄσεμνα[1] ἐπισκέπειν, καὶ μὴ τοὐναντίον, ὥς φατε, καλῶν αὐτοῖς πράξεων γεγενημένων κακὰ καὶ ἄσεμνα περιβάλλειν σχήματα, ἅ τινα καὶ[2] ἀλληγορούμενα καὶ διὰ καμάτων μόγις νοηθῆναι δύναται· καὶ ὅταν νοηθῇ τισίν, ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τοῦ πολλοῦ μόχθου παρέσχον τό μὴ πλανηθῆναι, ἐξὸν δὲ[3] μὴ μοχθῆσαι, τοὺς δὲ πλανηθέντας ἄρδην ἀπώλεσαν. πλὴν τοὺς εἰς τὸ σεμνότερον ἀλληγοροῦντας αὐτὰς[4] ἀποδέχομαι, ὥσπερ τοὺς ἐκ τῆς Διὸς κεφαλῆς αἰνιξαμένους ἀναπηδῆσαι τὴν φρόνησιν. ἴσως δὲ ἐκεῖνό μοι πιθανώτερον, ὅτι ὑπὸ[5] μοχθηρῶν ἀνδρῶν, δόξαν θεῶν ἀπενεγκαμένων, ἐκεῖναι ἐτολμήθησαν[6] αἱ ὕβρεις.

XIX. Ἁπάντων δὲ τῶν θεῶν τὴν ποιητικὴν ἀλληγορίαν οὐκ ἀκόλουθον εὑρίσκομεν. αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῆς διακοσμήσεως τῶν ὅλων ποτὲ μὲν φύσιν λέγουσιν ποιηταί, ποτὲ δὲ νοῦν[7] ἀρχηγὸν γενέσθαι τῆς ὅλης δημιουργίας. ἐκ φύσεως μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὴν πρώτην κίνησιν καὶ σύμμιξιν γεγονέναι, ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ νοῦ προνοίας διακεκοσμῆσθαι[8]. καὶ ἀποφηνάμενοι μὲν οἱ μὲν[9] φύσει δεδημιουργῆσθαι τὸ πᾶν, μὴ δυνάμενοι δὲ[10] ἀνεπιλήπτως τοῦτο ἀποδεικνύναι διὰ τὸ τῆς δημιουργίας ἔντεχνον, παρ-

tia, propter reverentiam erga deos obtegerent res inhonestas fabulis quibusdam decentioribus, et non e contrario, quemadmodum aitis, bonis eorum operibus malas et turpes admoverent formas quae etiam allegorice explicatae multo cum labore vix possunt intelligi: et quando a nonnullis fuerunt intellecta, illis quidem pro magna molestia praebuerunt non errare, cum licuisset molestia et labore non premi; eos vero qui aberrarunt, funditus perdiderunt. Laudo itaque illos, qui fabulas ad honestiores trahunt allegorias, ut qui ex Jovis capite prudentiam prosiliisse innuunt. Certe illud mihi videtur probabilius, inventa esse contumeliosa haec ab improbis hominibus, qui honorem divinum abstulerunt.

XIX. Porro omnium deorum non invenimus poeticam allegoriam esse consequentem. Statim ergo in mundi dispositione poetae aliquando dicunt naturam, aliquando mentem ducem exstisse totius opificii. Etenim ex natura primam ortam esse elementorum motionem ac commixtionem, at per mentis providentiam dispositam fuisse. Et quidem illi, affirmantes orbem a natura conditum, cum id nequeant certo demonstrare propter artificiosum mundi opus,

1. μὴ σεμνὰ C.

2. ὀχήματα, ἅ τινα C, σχήματα jam D recte conjecit.

3. δὲ om. O, sed praebet subsequens μὴ, quod non est in textu Ci. Idem μὴ in marg.

4. αὐτοὺς C, αὐτὰ S.

5. ὑπὸ S, deest ap. C et in O.

6. Ita O c. S, ἐτόλμησαν C. Aliam praeterea emendandi rationem proponit D, qui scribi vult μοχθηρῶν ἀνδρῶν — ἐκεῖναι τόλμαι ἦσαν αἱ ὕβρεις.

7. S. Notum est Anaxagorae πάντα διεκόσμησε νοῦς ap. Simpl. Phys. fol. 33 b. Schaubach, Anax. fragm. fr. VIII. De Stoicis cfr. Diog. Laert, VII, 134. 137.

8. Ita O c. S, διακεκοσμεῖσθαι C.

9. ἀποφηνάμενος μὲν φύσει O. Tum δεδημιουργῆσθαι S O, δεδημιουργεῖσθαι C.

10. δὲ S O, μὲν C.

ἐμπλέκουσι καὶ τοῦ νοῦ τὴν πρόνοιαν, ὡς συναρπάσαι καὶ τοὺς πάνυ σοφοὺς δυνάμενοι. ἡμεῖς δέ φαμεν πρὸς αὐτούς· εἰ μὲν ἐξ αὐτομάτου φύσεως ὁ κόσμος γένονεν, πῶς ἔτι ἀναλογίαν καὶ τάξιν εἴληφεν, ἅπερ ὑπὸ μόνης ὑπερβαλλούσης φρονήσεως γενέσθαι δυνατόν ἐστιν, καὶ καταληφθῆναι ὑπὸ ἐπιστήμης τῆς μόνης ταῦτα ἀκριβοῦν δυναμένης; εἰ δὲ φρονήσει τὰ πάντα τὴν σύγκρασιν καὶ διακόσμησιν εἴληφεν, ὅπερ ἀνάγκη μὴ ἄλλως ἔχειν, πῶς ἔτι ἐκ τοῦ αὐτομάτου συμβῆναι ταῦτα γενέσθαι δυνατὸν ἦν;

XX. Οἱ τοίνυν τὰ θεῖα ἐπὶ τὸ αἰσχρὸν ἀλληγορῆσαι[1] θελήσαντες, οἷον τὴν Μῆτιν καταποθῆναι ὑπὸ Διός, εἰς ἀπορίαν ἐμπεπτώκασιν, οὐ συνιέντες, ὅτι οἱ πλαγίως φυσιολογήσαντες περὶ θεῶν καὶ τὸ εἶναι θεοὺς ἀνῃρήκασιν, τὰ εἴδη αὐτῶν διὰ τῆς ἀλληγορίας εἰς τὰς τοῦ κόσμου οὐσίας διαλύσαντες. πιθανώτερον οὖν λέγειν, ὅτι οἱ ὑπ' αὐτῶν ᾀδόμενοι θεοὶ κακοί τινες γεγόνασι μάγοι, οἵτινες ἄνθρωποι ὄντες μοχθηροί, μαγείᾳ μεταμορφούμενοι γάμους διέλυον, βίους διέφθειρον, τοῖς δὲ πάλαι οὐκ εἰδόσι τί πότ' ἐστι[2] μαγεία, δι' ὧν ἔπραττον ἐδόκουν εἶναι θεοί· ὧν κατὰ πόλεις καὶ οἱ μόροι καὶ οἱ τάφοι φαίνονται.

XXI. Αὐτίκα γοῦν, ὡς καὶ ἄλλοτε εἶπον, ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι Κρόνου τινὸς σῆμα[3] ἀνθρώπου δείκνυται, τυράννου ἀγρίου καὶ τεκνοκτό-

innectunt quoque mentis providentiam, ut et eos qui omnino sapiunt possint abripere. Nos autem ad illos 'dicimus: si mundus a natura fortuito operante factus est, quomodo jam proportionem ac ordinem accepit, cum id a sola excellente prudentia fieri queat, atque comprehendi a sola scientia haec pernoscere ac perficere valente? Quod si universa a prudentia acceperunt compagem et dispositionem, quod necessario aliter se habere non potuit, quo pacto adhuc possibile fuit, ut haec casu fieri contingeret?

XX. Qui ergo deorum gesta turpioribus allegoriis voluerunt explicare, velut, Metin a Jove fuisse absorptam, ii in angustias inciderunt, ignari quod, qui de diis ex obliquo physicas protulerunt interpretationes, deorum quoque ipsorum exsistentiam sustulerunt, eorum genera per allegoriam in mundi substantias dissolvendo. Verisimilius ergo est, dicere, quod ab iis decantati dii quidam fuerunt improbi magi, qui cum essent homines nequam, per magiam transformati matrimonia diremerunt, vitae rationes vitiarunt, veteribus autem, qui nesciebant quid esset magia, propter illa quae faciebant, dii esse visi sunt, quorum interitus et sepulcra per urbes cernuntur.

XXI. Jam ergo sicut alias retuli, in Caucasiis montibus ostenditur Saturni cujusdam hominis tumulus, feri tyranni ac liberorum interfectoris. Cujus filius,

1. ἀλληγορῇ O.

2. ποτέ ἐστιν C. Tum vbb. μεταμορφούμενοί γάμους διέλυον, βίους διέφθειρον repetuntur in O expuncta.

3. Hanc Ci conjecturam expr. S, σχῆμα uterque Hom. Codex.

νου. ὁ δ' ἐκείνου υἱός, Ζεὺς τὸ ὄνομα, χείρων γενόμενος, μαγείας δυνάμει κοσμοκράτωρ ἀναφανεὶς πολλοὺς διαλύει γάμους, καὶ τὸν πατέρα σὺν τοῖς θείοις [1] *κολάζει, καὶ οὕτως τελευτήσαντος τὸν τάφον Κρῆτες ἐπιδεικνῦσιν* [2]. *ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ κεῖνται Ἥλιος μέν τις ἐν Ἄτροις* [3]. *Σελήνη δέ τις ἐν Κάρραις· Ἑρμῆς ἐν Αἰγύπτῳ τις ἄνθρωπος· Ἄρης ἐν Θράκῃ· Ἀφροδίτη ἐν Κύπρῳ· Ἀσκληπιὸς ἐν Ἐπιδαύρῳ· καὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων φαίνονται τάφοι.*

XXII. *Οὕτως προφανῶς τοῖς ὀρθῶς νοοῦσιν ἄνθρωποι γεγενῆσθαι ὡμολόγηνται. καὶ οἱ μὲν συγχρονοῦντες αὐτοῖς, ὑπαισθόμενοι αὐτοὺς θνητοὺς γεγονέναι, ἀμελέστερον αὐτοῖς ἀποθανοῦσι προσεῖχον, ὁ δὲ πολὺς χρόνος δόξαν θεῶν αὐτοῖς περιέθηκεν. καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ οἱ κατ' Ἀσκληπιὸν καὶ Ἡρακλέα γενόμενοι ἐξηπατήθησαν, ἢ κατὰ Διόνυσον ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τῶν τότε, ὅπου καὶ Ἕκτορα ἐν Ἰλίῳ καὶ Ἀχιλλέα ἐν Λευκῇ τῇ νήσῳ οἱ ἐκεῖ προσκυνοῦσιν, Πάτροκλον Ὀπούντιοι, τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον Ῥόδιοι.*

XXIII. *Ἀλλὰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἔτι καὶ νῦν ἄνθρωπος ὡς θεὸς πρὸ τοῦ θανάτου προσκυνεῖται. καὶ τοῦτο μὲν ἧττόν ἐστιν ἀσέβημα, ὅτι ζῶντος ἀνθρώπου θείας τιμὰς νομίζουσιν Αἰγύπτιοι· ἀλλὰ τὸ πάντων γελοιότατον, ὅτι καὶ πτηνὰ καὶ ἑρπετὰ καὶ ζῶα πάντα προσκυνοῦσιν. οὐδὲν*

Juppiter nomine, patre pejor, per magiae vim mundi dominus declaratus multa dissolvit matrimonia, patremque cum patruis supplicio afficit; sicque mortui bustum Cretenses ostendunt. In Mesopotamia vero jacent Sol quidam Atris, et quaedam Luna Carris, Mercurius in Aegypto aliquis homo, Mars in Thracia, Venus in Cypro, Aesculapius Epidauri, et aliorum multorum similium visuntur sepulcra.

XXII. Atque ita eos homines fuisse, aperte confitebuntur quotquot recte judicabunt. Et quidem, qui eadem cum ipsis vixerunt aetate, intelligentes eos homines exstitisse, indiligentius attenderunt. Longum vero tempus opinionem quod dii essent illis adjecit. Neque mireris, si decepti fuerint, qui vixerunt temporibus Aesculapii et Herculis aut Bacchi aut alterius cujusvis tunc florentis, cum et Hectorem in Ilio, et Achillem in Leuce insula incolae adorent, Patroclem Opuntii, Alexandrum Macedonem Rhodii.

XXIII. Sed et apud Aegyptios nunc quoque homo ante mortem ut deus colitur. Atque haec quidem minor est impietas, quod homini vivo divinos honores decernunt Aegyptii, verum quod maxime est ridiculum, eorundem cultus est erga aves, serpentes, cunctaque animalia. Nihil enim ex judicio cogi-

1. Ita D, *θεοῖς* C O. Cfr. c. 2: *οὐ πατέρος ἀδελφοὺς ἐκόλασεν.*
2. *ἐπιδεικνύουσιν* O.
3. *μέν τις, ἐν Πάτραις* C, *μέντις ἐν ἄτραις* O. Ci comma post *τις* recte delevit S. Deinceps *αἰγύπτω· τίς* O.

γὰρ κρίσει νοοῦσιν ἢ ποιοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ[1] πάντων αἴσχιστον ἰδέ μοι, τὸν δι' αὐτῶν ὄντα πατέρα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων λέγουσι Λήδᾳ[2] συνεσχηματισμένον, ὃν[3] πολλοὶ Δία ἀναγράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατιθέασιν. πρὸς δὲ τὴν ἐκδικίαν ταύτης τῆς ὕβρεως ἤθελον, εἰ τὸν τοῦ καιροῦ βασιλέα αὐτῶν γράψαντες ἐπὶ αἰσχρᾶς πλοκῆς, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Διὸς τετολμήκασι ποιῆσαι, οὕτω ποιήσαντες ἀνέθεσαν δημοσίᾳ, ἵνα κἂν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ προσκαίρου βασιλέως, καὶ ταῦτα ἀνθρώπου ὄντος, μάθωσι κολασθέντες, ὡς δεῖ τὴν δέουσαν ἀπονέμειν τιμήν. ταῦτα δέ σοι λέγω, οὐχ ὡς αὐτὸς ἤδη ἐπιγνοὺς τὸν ὄντως Θεόν[4], ἀλλ' εὐγνωμονῶν ὁμολογῶ, εἰ καὶ τί Θεὸς οὐκ οἶδα, ἀλλ' οὖν γε σαφῶς ὅτι Θεὸς[5] νομίζω εἰδέναι.

XXIV. *Αὐτίκα γοῦν τὰ πρῶτα τέσσαρα στοιχεῖα θεὸς εἶναι οὐ δύναται*[6], *τὰ ὑπὸ ἄλλου γενόμενα· οὐχ ἡ μῖξις· οὐχ ἡ κρᾶσις· οὐχ ἡ γένεσις· οὐ τὸ πᾶν περιέχον ὁρατὸν κύτος· οὐδ' ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ συρρέουσα ὑποστάθμη· οὐ τὸ ἐπιπολάζον ὕδωρ· οὐχ ἡ ζέουσα οὐσία· οὐχ ὁ ἐξ αὐτῆς μέχρι τῶν ἐνταῦθα διήκων ἀήρ. τά τε γὰρ στοιχεῖα τέσσαρα, εἴτε ἀλλήλων διεστάλκει, ἄνευ τινὸς μεγάλου τεχνίτου μιγῆναι πρὸς ζώου γένεσιν οὐκ ἐδύνατο,*

tant vel faciunt hominum plerique. Rem vero omnium turpissimam mihi vide: eum, qui juxta illos deorum hominumque est pater, aiunt cum Leda fuisse nequiter conjunctum, quem Jovem multi depingentes in tabula publice consecrant. Ad cujus contumeliae vindictam, vellem, regem suum temporalem in turpi complexu pictum (de illo facientes quod de Jove facere audent) palam proponerent, quo vel ab ira temporarii imperatoris, idque hominis, discerent per suum supplicium, quemadmodum oporteat convenientem deferre honorem. Ista autem tibi refero, non quasi ipse jam cognoscam eum, qui vere est Deus, sed aequo animo profiteor, quod licet non noverim quid sit Deus, attamen quod sit Deus clare mihi videor scire.

XXIV. Principio itaque quatuor prima elementa non possunt esse deus, quae ab alio facta sunt: non mistura; non temperies; non generatio; non omnis haec quae ambit visibilis moles, neque quod ad inferos confluxit sedimentum; non supernatans aqua; non fervida substantia; non aër qui ab ea huc usque protenditur. Nam quatuor elementa, si a se invicem separata fuerunt, non

1. Malim *ὅ δέ*. S. Tum *ἰδέ* O c. S, *εἰδέ* C.

2. *Λήδᾳ* om. O. Subinde: An *συνεῖναι σχηματισμένον*, C in notis.

3. Leg. *ὅ*. De re cfr. Mülleri Archaeol. §. 128, 1. 351, 4. Tum *χῆνα γράψαντες* cfr. Hom. V, 13. scribi vult Valckenarius, Diatr. in Eurip. reliq. p. 68. Ed. Lips. Is vir doctissimus totum locum sic restituit: *τὸν δι' αὐτῶν ὄντα πατέρα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ὃν οἱ πολλοὶ Δία λέγουσιν, Λήδᾳ συνεσχηματισμένον χῆνα γράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατιθέασιν*. S.

4. *θεὸς* O.

5. Ita O c. S, *Θεὸν* C.

6. *δύνανται* O. Tum *ἀπ' ἄλλου* S.

εἴτε ἀεὶ ἀλλήλοις συνῆπτε[1], *καὶ οὕτως ὑπὸ τεχνίτου νοῦ πρὸς τὸ οἰκεῖον τῶν τοῦ ζώου μελῶν καὶ μερῶν συναρμόζεται, ἵνα τὴν ἑκάστου πρὸς ἕκαστον ἀναλογίαν ἀποσώζειν δύνηται, καὶ τὴν ἕξιν εὐπερίγραφον ἔχῃ, καὶ τὰ ἔνδοθεν πάντα τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν λαμβάνῃ· ὁμοίως τε*[2] *καὶ τοὺς οἰκείους τόπους ἑκάστου μετὰ πάσης εὐμορφίας ὁ τεχνίτης νοῦς ἀκριβοῖ. συνελὼν ἐρῶ· καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ποτὲ ζῶον δεῖ ἔχειν, οὐδὲν ἐνέλιπε*[3] *τῷ μεγάλῳ τούτῳ ζώῳ τῆς ὅλης περιφορᾶς.*

XXV. *Οὕτως ἀνάγκη τινὰ εἶναι νοεῖν*[4] *ἀγέννητον τεχνίτην, ὃς τὰ στοιχεῖα ἢ διεστῶτα συνήγαγεν*[5], *ἢ συνόντα ἀλλήλοις πρὸς ζώου γένεσιν τεχνικῶς ἐκέρασε καὶ ἓν ἐκ πάντων ἔργον ἀπετέλεσεν. ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τινὸς νοῦ μείζονος πάνυ σοφὸν ἔργον ἀποτελεῖσθαι. οὐδὲ μὴν ἔρως*[6] *εἶναι δύναται πάντων τεχνίτης, οὐκ ἐπιθυμία, οὐκ ἰσχύς, οὐκ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἅ τινα παθητὰ συμβαίνειν καὶ ἀποβαίνειν πέφυκεν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑφ' ἑτέρου φερόμενόν ἐστι θεός, οὐδέ γε τὸ ὑπὸ χρόνου ἢ φύσεως ἀλλοιούμενον καὶ εἰς τὸ μηκέτι εἶναι ἀναλυόμενον.*

XXVI. *Ταῦτά μου διαλεγομένου πρὸς τὸν Ἀππίωνα, ἀπὸ Καισα-*

potuerunt absque magno artifice ad animalis generationem misceri, sin vero semper mutuo fuerunt conjuncta, sic quoque ab artifice mente ad proprietatem membrorum et partium animalis adaptantur, quo possint singulorum ad singula servare proportionem, et habitudinem recte conformatam obtineant, utque interiora omnia convenientem accipiant cohaerentiam. Similiter et uniuscujusque propria loca cum omni elegantia mens artifex disponit. Compendio dicam: et in omnibus aliis, quae animal habere debet, nihil deest magno huic animali totius orbis.

XXV. Ita necessario intelligi debet quemdam esse ingenitum artificem, qui elementa vel distantia conjunxerit, vel praesentia mutuo ad animal producendum affabre miscuerit, unumque perfecerit ex cunctis opus. Fieri enim non potest, ut absque majori quadam mente sapientissimum opus absolvatur. Sed nec amor esse potest cunctorum opifex; non cupiditas; non vis; non quid aliud ejusmodi; quae omnia, casui obnoxia, venire et abire solent. Neque etiam quod ab alio movetur deus est, neque quod a tempore aut natura mutatur ac in nihilum resolvitur.

XXVI. Quae cum ad Appionem proloquerer, e Caesarea advenit Petrus,

1. *τά τε γὰρ στοιχεῖα τὰ δ' εἴτε ἀεὶ ἀλλήλοις συνῆπτον* O, intermediis vocabulis omissis.

2. *τε* S, *τὸ* C O.

3. *ὅσα ποτὲ ζῶν δεῖ ἔχειν, οὐδὲν ἐνέλειπε* C.

4. *νοῦν* O.

5. *τὰ στοιχεῖα ἡδίστως ἢ συνήγαγεν* O, *συνήγαμεν* ex Cotelerio minus accurate notat S, cum exstet ap. Cl.

6. Secundum Parmenidem et Empedoclem. Cf. Karsten, Parmenid. reliq. v. 131. Emped. reliq. p. 346 seqq. Arist. Metaph. I, 4, 1. S.

ρείας ἐπέστη Πέτρος, καὶ συνδρομαὶ τῶν ὄχλων ἐγένοντο ἐν τῇ Τύρῳ, σπευδόντων ὑπαντᾶν αὐτῷ καὶ χάριν τῇ ἐπιδημίᾳ ὁμολογεῖν. καὶ ὁ μὲν Ἀππίων ὑπεχώρει μετ' Ἀνουβίωνος[1] καὶ Ἀθηνοδώρου μόνων, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὡς ἀπαντησόμενοι[2] τῷ Πέτρῳ ὡρμήσαμεν. πρῶτος δὲ ἐγὼ πρὸ τῶν πυλῶν ἀποδεξάμενος αὐτὸν ἐπὶ τὴν ξενίαν ἦγον. ὡς δὲ ἐγενόμεθα, τοὺς μὲν ὄχλους ἀπελύσαμεν, αὐτῷ δὲ ἀξιώσαντί με τὰ πραχθέντα λέγειν οὐδὲν ἀπεκρυπτόμην, ἀλλ' ἐμήνυον τάς τε τοῦ Σίμωνος διαβολὰς καὶ τὰς τερατώδεις φαντασίας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένας, καὶ ὅσας ἔπεμψεν νόσους[3] μετὰ τὴν ἐκ τῆς βουθυσίας ἑστίασιν, καὶ ὅτι ἐκ τῶν νοσούντων οἱ μὲν αὐτόθεν[4] κατέμειναν ἐν τῇ Τύρῳ, οἱ δὲ τῷ Σίμωνι ἅμα τῷ ἐμὲ ἐλθεῖν συνεξεληλύθεισαν[5] εἰς τὴν Σιδῶνα, ὡς ὑπ' αὐτῷ[6] θεραπευθησόμενοι, καὶ ὅτι ἐμάνθανον μηδένα αὐτῶν ἰάσεως τετυχηκέναι ὑπ' αὐτῷ·[7] καὶ τὴν πρὸς Ἀππίωνά μοι γεγενημένην διάλεξιν τῷ Πέτρῳ διηγησάμην. ὁ δὲ στοργῆς καὶ προτροπῆς χάριν ἐπαινέσας με καὶ εὐλογήσας, ἁλῶν μεταλαβών, διὰ τοὺς καμάτους τῆς ὁδοιπορίας τῇ ἀναγκαιοτάτῃ ἡσυχίᾳ τοῦ ὕπνου ἑαυτὸν ἐπέτρεπεν.

ΟΜΙΛΙΑ Ζ΄[8].

I. Τῇ[9] τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῆς ἐν Τύρῳ ἡμῶν ἐπιδημίας, ὑπὸ τὴν

et concursus multitudinis in Tyro facti sunt, festinantis ipsi occurrere gratiamque adventus profiteri. Et Appion quidem secessit cum Anubione et Athenodoro solis; reliqui vero omnes Petro obviam ituri prodivimus. Primus autem ego ante portas eum excipiens ad hospitium duxi. Ubi cum fuimus, plebem quidem dimisimus, ei vero roganti, ut acta narrarem, nihil abscondidi; sed Simonis indicavi calumnias et portentosas praestigias ab ipso editas, quotque morbos immiserit post illud ex immolato bove convivium, et quod ex aegrotis alii quidem illic apud Tyrum permanserint, alii vero simul ac ego veni egressi sint cum Simone in Sidonem, tamquam ab eo sanandi, quodque audierim nullum eorum ab ipso sanatum fuisse; sed et meam adversus Appionem disputationem Petro retuli. At ille prae amore et exhortandi gratia in me laudem ac benedictionem contulit; et cibo sumto se somni quieti, quae ob itineris fatigationem maxime erat necessaria, tradidit.

HOMILIA VII.

I. Quarto vero die nostri apud Tyrum adventus sub diluculum egresso

1. ἀννουβίωνος O. Tum μόνον C.
2. ἀπαντήσομεν O, ad oram correctum in ἀπαντησόμενοι.
3. ὅσους O.
4. αὐτόθι C.
5. Ita O c. S, συνεξεληλύθησαν C.
6. ὑπ' αὐτοῦ C.
7. ὑπ' αὐτοῦ τετυχηκέναι C.
8. Homiliae septimae alteram inscriptionis partem ap. C. obviam ΕΝ ΤΥΡΩι Δ΄, quae scholion redolet, omisi c. O.
9. τῇ praefixi c. O. Idem postea τὸν ὄρθρον.

ὄρθρον προεληλυθότι τῷ Πέτρῳ ἀπήντων πλησιόχωροί τε οὐκ ὀλίγοι καὶ αὐτῆς Τύρου πάμπολλοι, καὶ ἐπεφώνουν λέγοντες, ὁ Θεὸς διά σου ἡμᾶς ἐλεείτω, διά σου θεραπευέτω. ὁ δὲ Πέτρος ἔστη ἐπὶ λίθου τινὸς ὑψηλοῦ πρὸς τὸ δύνασθαι πᾶσιν ὁρᾶσθαι, καὶ προσαγορεύσας θεοσεβεῖ νόμῳ οὕτως ἤρξατο.

II. Θεῷ τῷ κτίσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ σύμπαν οὐ λείπει πρόφασις πρὸς σωτηρίαν τῶν σώζεσθαι θελόντων. ὅθεν μηδὲ ἐπὶ[1] τοῖς δοκοῦσι φαύλοις ὑπὸ προπετείας τις αὐτὸν ὡς μὴ[2] φιλάνθρωπον αἰτιάσθω. τῶν γὰρ συμβαινόντων ἀνθρώπῳ[3] τὰ τέλη ἀνθρώποις μὲν ἄγνωστα, ὡς ἐπὶ κακῷ ὑποπτευόμενα[4], Θεῷ δὲ ὡς ἀποβησόμενα εὐτυχῶς γνώριμα. αὐτίκα γοῦν Σίμων ἀριστερὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις ὢν καὶ τῶν τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότων ἐπὶ κακοποιΐᾳ τὴν ἐξουσίαν ἔχων νόσοις ὑμᾶς περιβαλεῖν ἠδυνήθη, αἵτινες διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθὴν πρόνοιαν γενέσθαι συγχωρηθεῖσαι ἠνάγκασαν ὑμᾶς, τὸν ἰᾶσθαι δυνάμενον περιβλεψαμένους καὶ εὑρόντας, προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας τὰ Θεῷ δοκοῦντα ἀναδεξαμένους, πεισθῆναι φρονεῖν, ἵνα οὕτως ἅμα τοῖς σώμασι σωθησομένοις καὶ τὰς ψυχὰς σώας ἔχητε.

III. Μανθάνω οὖν, ὡς βουθυτήσας ἑστίασιν[5] ὑμᾶς ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ, καὶ οὕτως ὑμεῖς οἴνῳ πολλῷ παρενεχθέντες ἅμα τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐφιλοφρονεῖσθε, καὶ οὕτως ὑμῶν οἱ πλεῖστοι ὑπὸ τῶν πα-

Petro processerunt obviam non pauci finitimi, ac ex ipsa Tyro quamplurimi, et acclamabant dicentes: Deus per te nostri misereatur, per te nos curet. Petrus vero stetit in excelso lapide, ut ab omnibus posset conspici, cumque religioso more salutasset, ita exorsus est.

II. Deo creatori caeli et mundi non deest occasio ad salutem eorum qui servari volunt. Quocirca neque in iis, quae videntur mala, aliquis per temeritatem illum velut hominum non amantem insimulet. Eorum enim, quae mortali accidunt, fines quidem hominibus incogniti sunt, ac de malitia suspecti, Deo autem cogniti, ut cessuri feliciter. Itaque Simon, qui sinistra Dei virtus est, potestatemque habet ad maleficentiam in eos qui Deum nesciunt, vos potuit morbis implicare, qui morbi per bonam Dei providentiam evenire permissi coëgerunt vos, ut, quaesito eo qui sanare valeret et invento, occasione corporalis medelae placita Deo susciperetis atque crederetis, ut sic una cum servatis corporibus et animas habeatis salvas.

III. Audio utique, eum bove mactato convivium vobis in medio dedisse foro, sicque vos multo vino abrepti una cum pravis daemonibus principem eorum complexi estis, atque ita vestrum plurimi morbis capti sunt, per igno-

1. ἐπὶ om. O.
2. μὴ deest in O.
3. ἀνθρώπων C, ἀνθρώποις in marg. Vocem ἀνθρώπων delendam censet D, συμβαινόντων παθῶν proponit S: conjecturae jam superfluae.
4. ὑποπτευόμενα O. Tum idem ἀποβησόμενα c. D., ἀποσόμενα C, idem f. ἐπεσόμενα vel ἀποσωζόμενα in marg.
5. εἰστίασεν Epit. c. 54.

θῶν κατελήφθησαν, ἀγνοίας αἰτίᾳ καθ' ἑαυτῶν ἰδίαις χερσὶν ἐπισπασάμενοι τὸ τοῦ ὀλέθρου ξίφος. οὐ γὰρ ἂν τὴν καθ' ὑμῶν ἔσχον ἐξουσίαν οἱ δαίμονες, εἰ μὴ πρότερον τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ὁμοδίαιτοι ἐγεγόνειτε. οὕτω γὰρ ἀπαρχῆς[1] ὑπὸ τοῦ πάντα κτίσαντος Θεοῦ δυσὶν ἑκάστοτε ἄρχουσι, δεξιῷ τε καὶ εὐωνύμῳ[2], ὡρίσθη νόμος, μὴ[3] ἔχειν ἑκάτερον αὐτῶν ἐξουσίαν, ἐὰν μὴ πρότερόν τινι ὁμοτράπεζος γένηται, ὃν εὐποιῆσαι ἢ κακῶσαι βούλεται. ὥσπερ οὖν δαίμοσιν ἀποδεδομένων θυμάτων μεταλαβόντες τῷ τῆς κακίας ἡγεμόνι κατεδουλώθητε, οὕτως, ἂν τούτων παυσάμενοι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δεξιοῦ ἡγεμόνος προσφύγητε, ἀθύτοις τιμαῖς ποιοῦντες ἃ βούλεται, εὖ ἴστε ὅτι σὺν τῇ τοῦ σώματος ἰάσει καὶ τὰς ψυχὰς ὑγιαινούσας ἕξετε. αὐτὸς γὰρ μόνος διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀναιρῶν διὰ τῆς δεξιᾶς ζωοποιῆσαι δύναται· ὁμοίως δὲ καὶ πατάξαι, καὶ ἀναστῆσαι κείμενον.

IV. Διὰ τοῦτο πρῶτον ὑπὸ τοῦ προδρόμου Σίμωνος προαπατηθέντες, Θεῷ τὰς ψυχὰς ἀπεθάνετε καὶ τὰ σώματα ἐπατάχθητε· δύνασθε δὲ ὁμοίως τὸ δεύτερον, διὰ τῆς μετανοίας, ὡς ἔφην, τὰ Θεῷ ἀρέσκοντα ἀναδεξάμενοι καὶ τὰ σώματα ἀναρρῶσαι καὶ τὰς ψυχὰς ἀναλαβεῖν. ἔστι δὲ τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ τὸ αὐτῷ προσεύχεσθαι· αὐτὸν αἰτεῖν[4] ὡς πάντα νόμῳ κριτικῷ διδόντα· τραπέζης δαιμόνων ἀπέχεσθαι· νεκρᾶς μὴ γεύεσθαι σαρκός· μὴ

rantiam in se propriis manibus attracto perniciei gladio. Neque enim adversum vos daemones habuissent potestatem, nisi prius cum eorum principe fuissetis epulati. Principio siquidem illa per universorum conditorem Deum lex praefinita est duobus utrimque ducibus, dextro et sinistro, ut non habeat alter illorum potestatem, nisi prius conviva cujuspiam fuerit, quem beneficio vel injuria cupit afficere. Sicut ergo perceptis sacrificiis, quae daemonibus fuerant oblata, venistis in servitutem illius qui malitiae princeps est, ita si ab iis abstinueritis et ad Deum per bonum dextrumque principem confugeritis, honoribus sacrificii expertibus facientes quae vult, probe scitote, quod cum corporis sanitate animas quoque possidebitis sanas. Ipse namque solus, per sinistram occidens, per dextram potest vitam largiri; pariterque et percutere, et jacentem erigere.

IV. Propterea primum a praecursore Simone decepti ratione animae mortui estis Deo et corpore fuistis afflicti, potestis autem similiter iterum per poenitentiam, ut dixi, Deo placita amplexi et corpore convalescere, et animam recuperare. Porro Deo placita sunt: eum precari; petere ab illo tamquam ab eo qui cuncta aequa lege tribuit; daemonum mensa sese abstinere; non gustare

1. ἀπ' ἀρχῆς O.
2. Ita D, δεξιόν τε καὶ εὐωνύμων C, δεξιῶν τε καὶ εὐωνύμων O.
3. μὴ O et de conject. C, in cujus textu deest.
4. Ita ex conject. Ci, ἐστιν uterque Hom. Codex.

ψαύειν αἵματος·[1] ἐκ παντὸς ἀπολούεσθαι[2] λύματος· τὰ δὲ λοιπὰ ἑνὶ λόγῳ, ὡς οἱ Θεὸν σέβοντες ἤκουσαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὑμεῖς ἀκούσατε ἅπαντες, ἐν πολλοῖς σώμασι μίαν γνώμην ἀναλαβόντες· ἅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ βούλεται καλά, τὰ αὐτὰ βουλευέσθω[3] καὶ τῷ πλησίον. οὕτω δ᾽ ἂν ὑμῶν ἕκαστος νοήσειε τὸ καλόν, εἰ ἑαυτῷ διαλεχθείη τὰ τοιαῦτα· οὐ θέλεις φονευθῆναι, ἕτερον μὴ φονεύσῃς· οὐ θέλεις τὴν σὴν ὑφ᾽ ἑτέρου μοιχευθῆναι γυναῖκα, τὴν ἑτέρου μὴ μοίχευε γαμετήν· οὐ θέλεις τι τῶν σῶν κλαπῆναι, ἑτέρου μὴ κλέπτε μηδέν. καὶ οὕτως ἀφ᾽ ὑμῶν αὐτῶν τὸ εὔλογον συννοοῦντες καὶ ποιοῦντες, Θεῷ προσφιλεῖς γενόμενοι, ἐπιτεύξεσθε τῆς ἰάσεως, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι βασανισθήσεσθε τὰ σώματα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κολασθήσεσθε τὰς ψυχάς.

V. Ταῦτα[4] ὑπὸ τοῦ Πέτρου ἐν ὀλίγαις ἡμέραις κατηχηθέντες καὶ ἰαθέντες ἐβαπτίσθησαν. ἔπειτα[5] τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ θαύμασιν οἱ λοιποὶ πάντες ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς πανδημεὶ ἐπὶ σποδοῦ καὶ σάκκου ἐκαθέζοντο, μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς πρότερον ἡμαρτημένοις. καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι ταῦτα ἀκούσαντες τὰ ὅμοια ἐποίησαν, καὶ ἱκέτας πρὸς τὸν Πέτρον ἀπέστελλον, ὡς αὐτοὶ διὰ τὰς νόσους πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μὴ δυνάμενοι. ὁ Πέτρος δὲ ἡμερῶν οὐ πολλῶν ἐνδιατρίψας τῇ[6] Τύρῳ, καὶ κατηχήσας τοὺς ἐν αὐτῇ

carnem demortuam; sanguinem non attingere; ab omni illuvie mundari. Reliqua autem uno verbo, quaecumque Judaei, erga deum religiosi homines, audierunt, et vos cuncti audite, in multis corporibus unam mentem adepti: quae unusquisque sibi desiderat bona, eadem et de proximo statuat. Sic autem unusquisque vestrum bonum cogitaverit, si ista apud se repetat: non vis interfici, alterum non interficias, non vis uxorem tuam ab alio constuprari, alterius nuptam ne constupra, non vis quidpiam rerum tuarum furto auferri, nihil alterius furare. Atque ita ex vobis ipsis quod rationi consentaneum est intelligentes atque facientes Deo cari effecti consequemini sanitatem: alioquin et in praesenti saeculo corporibus torquebimini, et in futuro puniemini animabus.

V. Haec a Petro paucis diebus edocti et sanati baptizati sunt. Deinde inter cetera illius miracula reliqui omnes in medio foro passim in cinere et sacco sedebant, agentes poenitentiam de prioribus delictis. Et qui Sidonem incolebant, ista audientes similia fecerunt, miseruntque ad Petrum supplicaturos, quod ipsi propter morbos non possent ad illum venire. Igitur Petrus cum per paucos dies Tyri commoratus esset, cunctosque illius civitatis homines instruxis-

1. αἵματα O.

2. Hanc Ottoboniani lectionem commendat C ex conject., sed exh. ἀπολύεσθαι in textu. Deinde ὡς οἱ c. O, ὅσοι (f. ὅσα) C, ὅσ᾽ οἱ S.

3. D emendat βουλέσθω.

4. Τοιαῦτα C.

5. Forte leg. καὶ ἐπὶ. Vulgatam saltem scripturam haud sanam esse facile apparet. S.

6. τῷ S.

ἅπαντας, καὶ παντοδαπῶν αὐτοὺς ἀπαλλάξας παθῶν, ἐκκλησίαν τε συστησάμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων ἐπίσκοπον αὐτοῖς καταστήσας, ὥρμησεν εἰς Σιδῶνα. ὁ δὲ Σίμων μαθὼν ἥκοντα τὸν Πέτρον εὐθὺς ἀπέδρα εἰς Βηρυτὸν μετ' [1] Ἀππίωνος καὶ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων.

VI. Τοῦ δὲ Πέτρου εἰσιόντος εἰς τὴν Σιδῶνα, πολλοὺς ἐν κλίναις φέροντες πρὸ αὐτοῦ ἐτίθεσαν. ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· μὴ τοίνυν νομίσητε ἐμέ τι δύνασθαι πρὸς ὑμετέραν ἴασιν, ἄνδρα θνητὸν καὶ αὐτὸν πολλοῖς πάθεσιν ὑποπεσεῖν δυνάμενον· ὑφηγεῖσθαι δὲ ὑμῖν τὸν τρόπον δι' οὗ σωθῆναι δυνήσεσθε οὐ φθονῶ, καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου μαθὼν τοὺς προωρισμένους τοῦ Θεοῦ πρὸ καταβολῆς κόσμου ὁρισμούς, λέγω δὲ ἐπὶ ποίαις κακαῖς πράξεσι τοὺς ἀνθρώπους ἔταξεν ὑπὸ τοῦ τῆς κακίας ἡγεμόνος κακοῦσθαι, ὁμοίως δὲ [2] ἐπὶ ποίαις ἀγαθαῖς πράξεσιν ὥρισε πρότερον πιστεύσαντας αὐτῷ ἰωμένῳ τὰ σώματα σώζεσθαι, ἔπειτα καὶ τὰς ψυχὰς ἐπανορθοῦσθαι πρὸς τὸ ἀνώλεθρον.

VII. Ταύτας τοίνυν τάς τε ἀγαθὰς καὶ κακὰς πράξεις εἰδὼς προμηνύω ὑμῖν ὡς [3] ὁδοὺς δύο, ὑποδεικνύων διὰ ποίας μὲν βαδίζοντες ἀπόλλυνται, ποίαν [4] δὲ ὁδεύοντες ἀποσώζονται, Θεῷ ὁδηγούμενοι. ἡ μὲν οὖν τῶν ἀπολλυμένων ὁδὸς πλατεῖα μὲν καὶ ὁμαλωτάτη, ἀπολλύουσα δὲ ἄνευ τοῦ πόνου, ἡ δὲ τῶν σωζομένων στενὴ μὲν καὶ τραχεῖα, σώζουσα δὲ πρὸς τῷ τέλει τοὺς διαπορευθέντας ἐπιπόνως. τούτων δὲ τῶν δύο ὁδῶν προ-

set, et liberavisset omnigenis morbis, ac instituisset Ecclesiam, atque ex Presbyteris, qui eum sequebantur, ipsis Episcopum constituisset, Sidonem appulit. At Simon, audiens quod adventaret Petrus, confestim ad Berytum aufugit cum Appione et sociis.

VI. Ceterum cum Petrus Sidonem ingressus esset, multos in lectis allatos coram ipso posuerunt. Ille autem dixit ad eos: ne vero existimetis, me aliquid posse ad curationem vestram, qui sim ipse quoque homo mortalis, et in multa possim incidere adversa: docere autem vos modum quo salvi esse possitis, non gravabor, qui ipse etiam a veritatis Propheta didici praefixos a Deo ante mundi constitutionem terminos, in qualibus, inquam, malis operibus disposuerit ut homines a malitiae duce affligantur, sed similiter in qualibus bonis operibus decreverit ut, qui in eum velut medicum crediderint, prius corpore curentur, deinde et anima instaurentur ad salutem.

VII. Has ergo cognoscens bonas et malas actiones praenuntio vobis quasi duas ostendens vias, per quam quidem gradientes pereant, per quam vero incedentes salventur, ducti a Deo. Via igitur pereuntium lata est et planissima, perditque absque labore, at via servatorum angusta est et aspera, tandemque iter facientes servat cum labore multo. Ceterum his duabus viis prae-

1. μετὰ O. Idem deinde ἑαυτοῦ.
2. τε C.
3. Vbb. ὑμῖν ὡς bis leguntur in O.
4. ποίᾳ C.

καθέζεται ἀπιστία καὶ πίστις· καὶ ὁδεύουσι διὰ μὲν ἀπιστίας οἱ τὰς ἡδονὰς προκρίναντες, δι' ἃς [ποιοῦντες ὃ οὐκ ἀρεστὸν τῷ Θεῷ καὶ ἀμελήσαντες εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ, ἐλάθοντο ἡμέρας κρίσεως,][1] οὐδὲ ζητεῖν τὸ συμφέρον οὐ διεφύλαξαν. ἀγνοοῦσι μέντοι ὡς οὐκ ἀνθρωπίνοις ὅμοια τὰ Θεοῦ βουλήματα· πρῶτον μὲν γὰρ οἶδε τὰ πάντων διανοήματα, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἐγχειρῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐννοῆσαι ἕκαστος εὐθύνεται. πολλῷ[2] δὲ ἧττον ἀσεβοῦσιν οἱ ἐγχειροῦντες καλὰ νοεῖν καὶ ἀποτυγχάνοντες, τῶν μηδὲ ὅλως ἐγχειρούντων τοῖς καλοῖς. ὅτι αὐτῷ τῷ Θεῷ ἔδοξεν, τὸν ἐν γνώσει τῶν καλῶν παραπίπτοντα[3], κατὰ λόγον τῶν ἀνθρωπίνων παραπτωμάτων, μετρίως κολασθέντα[4] σωθῆναι. οἱ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ τοῦ γνῶναι τὸ κρεῖττον ἐξημεληκότες, κἂν μυρία ἕτερα πράξωσι καλά, ἐν ᾗ δὲ αὐτὸς ὥρισε θρησκείᾳ μὴ γένωνται, ἀμελείας ἔγκλημα λαβόντες τῇ μεγίστῃ ἀποσβεσθήσονται κολάσει παντελῶς[5].

VIII. Ἡ δὲ ὑπ' αὐτοῦ ὁρισθεῖσα θρησκεία ἐστὶν αὕτη· τὸ μόνον αὐτὸν σέβειν, καὶ τῷ τῆς ἀληθείας μόνῳ πιστεύειν προφήτῃ, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτισθῆναι, καὶ οὕτως διὰ τῆς ἁγνοτάτης βαφῆς ἀναγεννηθῆναι Θεῷ διὰ τοῦ σώζοντος ὕδατος· τραπέζης δαιμόνων μὴ μεταλαμβάνειν, λέγω δὲ εἰδωλοθύτων, νεκρῶν, πνικτῶν, θηριαλώτων, αἵματος· μὴ ἀκα-

sident incredulitas et fides, proficiscuntur autem per incredulitatem quidem qui voluptates praetulerunt, propter quas [quod Deo displicet facientes neque curam animae salutis gerentes diei judicii obliti sunt] neque quod utile est curaverunt quaerere. Itaque ignorant, Dei consilia similia non esse humanis. Primo etenim novit Deus cogitationes omnium, et non ob solam operationem, sed et propter cogitationem unusquisque judicatur. Multo autem minus impii sunt, qui nituntur bona intelligere et aberrant, quam qui nullatenus aggrediuntur bona. Quia Deo placuit, ut qui in cognitione boni lapsi fuerit, juxta rationem humanorum lapsuum, modice castigatus servetur. At qui omnino intelligere neglexerunt, etsi operentur innumera alia praeclara, ideo quod in religione a Deo definita non exstiterint, indiligentiae sumto crimine per maximum penitus interibunt supplicium.

VIII. Porro ab eo definita religio haec est: eum solum colere, ac soli credere Prophetae veritatis, in remissionem peccatorum baptizari, sicque per intinctionem purissimam renasci Deo in aqua salutari; nihil sumere de mensa daemonum, hoc est, de idolothytis, mortuis, suffocatis, a bestia captis, san-

1. Lacunam in Cod. Ottob. post δι' ἃς obviam verbis explere tentavi, quae sequuntur uncis inclusa.
2. πολλῷ O ut conj. C, in cuj. textu πολλῶν.
3. τῶν ἐν γν. τ. κ. παραπιπτόντων C. Aut post ἔδοξεν addendum ἐπὶ vel περί, aut scribendum τοὺς — παραπίπτοντας censuit D.
4. κολασθέντας C.
5. παντελῶς O, quod et S proposuit legendum, παντελεῖ C.

θάρτως βιοῦν· ἀπὸ κοίτης γυναικὸς λούεσθαι· αὐτὰς μέντοι καὶ ἄφεδρον φυλάσσειν· πάντας δὲ σωφρονεῖν, εὐποιεῖν, μὴ ἀδικεῖν· παρὰ τοῦ πάντα δυναμένου Θεοῦ ζωὴν αἰώνιον προσδοκᾶν· εὐχαῖς καὶ δεήσεσι συνεχέσιν αἰτουμένους αὐτὴν λαβεῖν. τοιαῦτα καὶ ἐν τῇ Σιδῶνι τοῦ Πέτρου παραινοῦντος, ἡμέραις ὀλίγαις πολλῶν κἀκεῖ μετανοησάντων καὶ πιστευσάντων καὶ θεραπευθέντων ἐκκλησίαν συνέστησεν, καὶ τῶν συνεπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων τινὰ καταστήσας αὐτοῖς ἐπίσκοπον ἐξῄει τῆς Σιδῶνος.

IX. Ὡς δὲ εὐθὺς ἐπέβη τῆς Βηρυτοῦ, σεισμὸς ἐγένετο. καὶ οἱ ὄχλοι προσιόντες τῷ Πέτρῳ, βοήθει, ἔλεγον· πεφοβήμεθα γάρ, ἔφασαν, μὴ ἄρα ἄρδην πάντες ἀπολώμεθα. τότε ὁ Σίμων τολμήσας ἅμα τῷ Ἀππίωνι καὶ Ἀνουβίωνι καὶ Ἀθηνοδώρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἑταίροις αὐτοῦ δημοσίᾳ τοῖς ὄχλοις κατὰ τοῦ Πέτρου ἐβόα· φεύγετε, ἄνδρες, τὸν ἄνδρα τοῦτον· μάγος ἐστίν, πιστεύσατε, καὶ τὸν σεισμὸν αὐτὸς ἐποίησεν ὑμῖν [1], καὶ τὰς νόσους ἐκίνησεν αὐτός, ἵνα ὑμᾶς καταπλήξηται [2], ὡς αὐτὸς ὢν Θεός. καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὡς ὑπὲρ δύναμιν ἀνθρωπίνην δυναμένου τοῦ Πέτρου κατεψεύδοντο οἱ περὶ τὸν Σίμωνα. ἡσυχίαν δὲ αὐτῷ [3] παρασχόντων τῶν ὄχλων ὁ Πέτρος βραχὺ ὑπομειδιάσας καταπληκτικῇ τῇ παρρησίᾳ· ἄνδρες, εἶπεν, ἅπερ οὗτοι λέγουσιν, Θεοῦ θέλοντος ποιεῖν δυνατὸς εἶναι ὁμολογῶ, πρὸς δὲ τούτοις ἕτοιμός εἰμι, ἐὰν μὴ πείθησθέ [4] μοι περὶ ὧν λέγω, τὴν πᾶσαν ὑμῶν ἐκβαθρεῦσαι πόλιν.

guine; non impure vivere; lavari post concubitum cum muliere; feminas vero custodire etiam legem purgationis; cunctos autem temperantes esse, benefacere, non afficere injuria; a Deo omnipotente exspectare vitam aeternam; petendo illius adeptionem orationibus et precibus continuis. Haec et in Sidone Petro suadente, cum paucis diebus multi ibi quoque poenitentiam egissent, ac credidissent, atque sanati essent, ecclesiam instituit; et postquam aliquem ex Presbyteris, qui eum consectabantur, constituisset illis Episcopum, Sidone egressus est.

IX. Statim autem ac Berytum pervenit, terrae motus factus est, atque plebs accedens ad Petrum, fer opem, inquiebat: timuimus enim, dixerunt, ne omnes omnino periremus. Tunc Simon, commento excogitato, una cum Appione, Anubione, Athenodoro ceterisque sodalibus publice multitudini adversus Petrum acclamabat: fugite, o viri, hunc hominem; magus est, mihi credite, et terrae motum is vobis fecit, ipse morbos excitavit, ut vos perterreat, quasi ipse sit deus. Atque multa ejusmodi pars Simonis contra Petrum finxit, velut eum qui humanas vires supergrederetur. Cumque plebs se in silentio tenuisset, Petrus subridens terrorem incutiente libertate dixit: viri, quae ab istis dicuntur, fateor me posse Deo volente efficere: ad haec paratus sum, nisi mihi habueritis fidem in his quae loquor, universam vestram funditus evertere civitatem.

1. ἡμῖν O. ὡς ὑπέρ, in textu ὥσπερ, in O ὡς πέρ.
2. Ita O c. D, καταπλήξῃ τε C. Tum ἄλλα p. πολλὰ idem, qui deinceps conj.
3. αὐτῷ O. c. D, αὐτῶν C.
4. Ita O c. S, πείσθησθέ C.

X. *Τῶν δὲ ὄχλων φοβηθέντων καὶ*[1] *ποιήσειν ἐπαγγειλαμένων, ὅπερ ἂν ὑπ᾽ αὐτοῦ κελεύωνται, μηδεὶς ὑμῶν, ἔφη ὁ Πέτρος, μήτε ὁμιλείτω τούτοις τοῖς γόησιν, μήτε ἀναμιγνύσθω. οἱ δὲ ὄχλοι ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τοῦ κελεύσματος τοῦ συντόμου*[2] *ξύλα λαβόντες ἐδίωκον αὐτούς, ἕως αὐτοὺς παντελῶς τῆς πόλεως ἐξήλασαν. καὶ εἰσελθόντες οἱ νοσοῦντες αὐτῶν καὶ δαιμονῶντες πρὸς ποσὶ τοῦ Πέτρου ἑαυτοὺς ἐρρίπτουν. ὁ δὲ ταῦτα βλέπων καὶ τὴν κατάπληξιν αὐτῶν ἀναλῦσαι θέλων πρὸς αὐτοὺς ἔφη.*

XI. *Ἐγὼ σεισμοὺς καὶ πᾶν ὅ τι βούλομαι εἰ ἐδυνάμην ποιεῖν*[3]*, Σίμωνα οὐ λέγω ὅτι μετὰ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων*[4] *ἐξωλόθρευον (οὐ γὰρ ἐπὶ φθορᾷ ἀνθρώπων ἀπέσταλμαι), ἀλλὰ φίλον ἐμαυτῷ αὐτὸν ἂν ἐποιησάμην, ἵνα μή μου τὸ ἀληθὲς διαβάλλων κήρυγμα πολλοῖς ἐμποδίζῃ πρὸς σωτηρίαν. εἰ δέ μοι πιστεύετε*[5]*, αὐτός ἐστι μάγος, αὐτὸς διάβολος, αὐτὸς κακίας ὑπηρέτης κατὰ τῶν ἀγνοούντων τὸ ἀληθές· καὶ διὰ τοῦτο ἁμαρτάνουσι*[6] *νόσους ἐνεργεῖν δύναται, συνεργοὺς ἔχων τοὺς ἁμαρτάνοντας τῆς κατ᾽ αὐτῶν δυνάμεως. ἐγὼ δὲ Θεοῦ*[7] *τοῦ πάντα πεποιηκότος εἰμὶ δοῦλος, τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ προφήτου μαθητής. διὸ ἐκείνου ἀπόστολος ὢν ἀληθεύω. ἀγαθῷ γὰρ ὑπηρετῶν καὶ νόσους ἀπελαύνω· ἐπέμφθην γὰρ δεύτερος· ἐπεὶ προηγεῖται μὲν νόσος, ἕπεται*[8] *δὲ ἴασις. δι᾽ ἐκείνου μὲν οὖν τοῦ*

X. Cumque turba timore esset commota atque promisisset, se quod ab ipso imperaretur facturam: nemo vestrum, inquit Petrus, neque commercium cum istis magis habeat, neque cum iis jungatur. Plebs autem simul ac breve mandatum audivit, fustibus sumtis eos persecuta est, donec penitus urbe pepulisset. Et ingressi quicumque ex iis aegrotabant et a daemonibus vexabantur, se ad pedes Petri projecerunt. Ille vero haec cernens eorumque stuporem volens solvere ad eos infit.

XI. Ego, si terrae motus et quidquid volo possem facere, non dico quod Simonem cum sociis suis exterminassem (non enim ad hominum internecionem missus fui), sed eum mihi amicum reddidissem, ne verae detrahens meae praedicationi multis impedimento esset ad salutem. Quod si mihi creditе, ipse est magus, ipse calumniator, ipse malitiae minister in eos qui nesciunt veritatem. Atque ideo peccatoribus aegritudines potest efficere, cum eos peccatores adjutores habeat potestatis contra ipsos. Ego autem Dei omnium auctoris servus sum, dextrique ejus Prophetae discipulus. Quocirca qui sum illius Apostolus, vera praedico. Bono enim ministrans etiam morbos depello. Nam secundus missus sum, quandoquidem praecedit morbus, sequitur

1. Ci *ἑτέρως* ante *ποιήσειν* omisi c. O. Si retinere velis, legendum auct. S, aut *μὴ ἑτέρως*, aut, quod praestat, *ἑτοίμως*. Epit. c. 58 habet *προθύμως*. Ci versio ferri non potest.
2. *συντόμως* Cod. Reg. 804.
3. *ποιεῖν εἰ ἐδυνάμην* C.
4. Hanc Ci conjecturam confirmat O, *ἑτέρων* Cod. Hom. Parisin.
5. Ita O c. D, *πιστεύεται* C.
6. *ἁμαρτάνουσι* D O, *ἁμαρτανούσας* C.
7. *ἐγὼ δὲ τοῦ Θεοῦ* C.
8. Ita D, *ἔπειτα* C O.

κακοποιοῦ μάγου τῷ Θεῷ ἀποστήσαντες ἐνοσήσατε[1], δι' ἐμοῦ δέ, ἐάν τε αὐτῷ πιστεύσητε, ἰαθήσεσθε· οὕτω γὰρ τοῦ δυνατοῦ τὴν πεῖραν[2] λαβόντες, ἐπὶ τὸ εὐποιεῖν τραπόμενοι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀνασωθῆναι δυνηθείητε.

XII. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος οἱ πάντες γονυπετεῖς πρὸ τῶν αὐτοῦ ἔκειντο ποδῶν. ὁ δὲ εἰς οὐρανὸν ἄρας τὰς χεῖρας καὶ τῷ Θεῷ προσευξάμενος ἰάσατο τοὺς πάντας ἐκ μόνης εὐχῆς. οὐκ ὀλίγων δὲ ἡμερῶν παραμείνας τοῖς Βηρυτίοις, καὶ πολλοὺς τῇ μοναρχικῇ θρησκείᾳ συνεθίσας[3] καὶ βαπτίσας, ἀπὸ τῶν ἑπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων ἕνα ἐπίσκοπον αὐτοῖς καταστήσας, εἰς τὴν Βίβλον[4] ἐξῄει. καὶ γενόμενος ἐκεῖ καὶ μαθὼν ὅτι Σίμων οὐδὲ μιᾶς[5] ἡμέρας αὐτοῖς προσέμεινεν, ἀλλ' εὐθέως εἰς Τρίπολιν ὥρμησεν, ὀλίγων ἡμερῶν αὐτοῖς ἐπιμείνας, καὶ θεραπεύσας οὐκ ὀλίγους, καὶ ταῖς βίβλοις αὐτοὺς ἐνασκήσας, κατ' ἴχνος τοῦ Σίμωνος εἰς τὴν Τρίπολιν ἐπορεύετο, μεταδιώκειν αὐτὸν μᾶλλον, οὐχ ὑποφεύγειν προῃρημένος.

ΟΜΙΛΙΑ Η'.

I. Εἰς δὲ τὴν Τρίπολιν εἰσιόντι τῷ Πέτρῳ οἱ φιλομαθέστεροι ἔκ τε τῆς Τύρου καὶ Σιδῶνος, Βηρυτοῦ τε καὶ Βίβλου, καὶ ἐκ τῶν πλησιοχώρων

vero sanatio. Per illum ergo maleficum magum, Deo increduli, aegrotastis; per me autem, modo in eum credatis, sanabimini. Sic enim experimento facto illius qui potens est, ad bene faciendum conversi, etiam secundum animas salvi esse poteritis.

XII. Quae cum dixisset, cuncti ad genua accidentes jacebant ante pedes illius. At ille, sublatis in caelum manibus, Deumque comprecatus, cunctos precatione sola curavit. Non paucos autem dies apud Berytios commoratus, cum multos religioni erga unum Deum consuefecisset, nec non baptizasset, uno ex Presbyteris qui eum sequebantur ipsis in Episcopum constituto, in Byblum abiit. Quo cum pervenisset, comperto quod Simon ne uno quidem die illos exspectasset, sed statim in Tripolim evasisset, paucos dies apud eos moratus, curatisque multis ac in Scriptura exercitis, ad Tripolim per vestigia Simonis processit, certus eum insequi, non subterfugere.

HOMILIA OCTAVA.

I. Cum autem Petrus Tripolim ingrederetur, qui discendi erant cupidiores ex Tyro, Sidone, Beryto ac Byblo, et multi ex finitimis simul intrarunt. Maximi

1. In O prius scriptum erat ἐνοήσατε. Deinde idem om. τε.
2. πεῖραν C.
3. Alius praeferet συνετίσας, nec immerito C; συνεσθίσας O.
4. Βύβλον Epit. c. 58.
5. οὐδεμιᾶς O.

πολλοὶ συνεισῄεσαν. οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν ἀπ' αὐτῆς τῆς πόλεως ὄχλων συνδρομαὶ ἐγίνοντο, ἱστορεῖν βουλομένων αὐτόν. συνετύγχανον οὖν ἡμῖν ἐν τοῖς προαστείοις οἱ ὑπ' αὐτοῦ ἐκπεμφθέντες ἀδελφοί, τά τε ἄλλα τὰ κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὰ πραττόμενα τῷ Σίμωνι ἐξακριβῶσαι, ὅπως ἐλθόντες ὑφηγήσωνται. ἀποδεξάμενοι αὐτὸν ἐπὶ τὴν Μαροόνου[1] ἦγον οἰκίαν.

II. Ὁ δὲ ἐπ' αὐτῷ τῷ τῆς ξενίας πυλῶνι ἤδη γεγονώς, ἐπιστραφεὶς τοῖς ὄχλοις ὑπέσχετο, μετὰ τὴν ἐπιοῦσαν περὶ θεοσεβείας αὐτοῖς διαλεχθῆναι. εἰσελθόντος δὲ αὐτοῦ οἱ πρόοδοι τοῖς συνεληλυθόσι ξενίας ἠυτρέπιζον. οὐκ ἀπελείποντο δὲ οὐδὲ οἱ ἀποδεχόμενοι καὶ ξενίζοντες τῆς τῶν ἀξιούντων προθυμίας. τούτων δὲ[2] οὐδὲν εἰδὼς ὁ Πέτρος, ἀξιωθεὶς ὑφ' ἡμῶν τροφῆς μεταλαβεῖν, ἔφη, μὴ μεταλήψεσθαι πρότερον αὐτός, πρινὴ[3] τοὺς συνεληλυθότας αὐτῷ διαναπαύσασθαι. ἀποκριναμένων δὲ ἡμῶν· ὅτι ἔφθη τοῦθ' οὕτως γεγενῆσθαι, προφάσει τῆς πρός σε στοργῆς σπουδῇ πάντας[4] αὐτοὺς ὑποδεξαμένων, ὡς τοὺς μὴ ἐσχηκότας οὓς ξενίσωσιν[5] ὑπερβαλλόντως λελυπῆσθαι· ὁ Πέτρος ἀκούσας καὶ ἡσθεὶς τῆς ὀξείας φιλανθρωπίας[6] εὐλογήσας αὐτοὺς ἐξῆλθεν, καὶ θαλάσσῃ λουσάμενος εἰσῆλθεν[7], καὶ σιτίων σὺν τοῖς προόδοις μεταλαβὼν ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης ὕπνωσεν.

III. Ὑπὸ δὲ τὰς δευτέρας τῶν ἀλεκτρυόνων φωνὰς διϋπνισθεὶς εὗρεν ἡμᾶς ἐγρηγορότας[8], ἦμεν δὲ σὺν αὐτῷ οἱ πάντες ἑξκαίδεκα, αὐτὸς ὁ Πέ-

etiam ex ipsa civitate hominum concursus fiebant, desiderantium videre illum. Igitur obviam facti sunt nobis in suburbiis, qui ab ipso ideo missi fuerant, ut profecti explorarent narrarentque tum urbis alias res, tum Simonis gesta. Et excipientes illum in domum Maroonis duxerunt.

εὐχαριστήσατε, μετὰ τοῦ τῆς εἰρήνης βασιλέως εἰσαεὶ τῶν ἀπορρήτων βασιλεύοντες[1] ἀγαθῶν. ἐν δὲ τῷ παρόντι, ἀεννάῳ[2] ποταμῷ ἢ πηγῇ ἐπεί γε κἂν θαλάσσῃ ἀπολουσάμενοι ἐπὶ τῇ τρισμακαρίᾳ ἐπονομασίᾳ οὐ μόνον τὰ ἐνδομυχοῦντα ὑμῖν πνεύματα ἀπελάσαι δυνήσεσθε, ἀλλ' αὐτοὶ μηκέτι ἁμαρτάνοντες καὶ Θεῷ ἀνενδοιάστως πιστεύοντες τὰ ἄλλων κακὰ πνεύματα καὶ δαιμόνια χαλεπὰ σὺν τοῖς δεινοῖς πάθεσιν ἀπελάσετε. ἐνίοτε δὲ μόνον ἐνιδόντων[3] ὑμῶν φεύξονται. ἴσασι γὰρ τοὺς ἀποδεδωκότας ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ. διὸ τιμῶντες αὐτοὺς πεφοβημένοι φεύγουσιν, ὥσπερ ἐχθὲς[4] ἑωράκατε, πῶς ἐμοῦ ἀναθεμένου μετὰ τὴν προσομιλίαν εὔξασθαι ὑπὲρ τῶν πασχόντων αὐτὰ τὰ πάθη, τῇ πρὸς τὴν θρησκείαν τιμῇ ἀνέκραγεν, βραχεῖαν ὥραν στέξαι μὴ δυνηθέντα.

XX. Μὴ οὖν νομίσητε ὅτι ἡμεῖς ἄλλης φύσεως ὄντες κατὰ τοῦτο δαίμονας οὐ φοβούμεθα. τῆς γὰρ αὐτῆς ὑμῖν ἐσμὲν φύσεως, ἀλλ' οὐ θρησκείας. διὸ ὑμῶν οὐ πολὺ, ἀλλὰ τὸ πᾶν κρείττονες ὄντες καὶ ὑμᾶς[5] τοιούτους γενέσθαι οὐ φθονοῦμεν, ἀλλὰ τοὐναντίον συμβουλεύομεν, εἰδότες ὅτι τοὺς Θεῷ προσοικειωθέντας ταῦτα πάντα ἀγνώστως προτιμᾷ καὶ φοβεῖται.

XXI. Ὅνπερ γὰρ τρόπον Καίσαρος χιλιάρχῳ οἱ ὑποκείμενοι στρατιῶται διὰ τὴν τοῦ δεδωκότος ἐξουσίαν τὸν εἰληφότα οἴδασι τιμᾶν, τοσοῦτον

bonorum regnum habituri. In praesenti vero, perenni flumine vel fonte aut etiam mari loti in ter beata invocatione non solum latitantes in vobis spiritus poteritis expellere, sed ipsi non amplius delinquendo et Deo indubitate credentes aliorum malos spiritus ac truculentos daemones gravesque morbos abigetis. Et interdum ubi solum inspexeritis vos, fugient. Agnoscunt enim eos qui se tradiderint Deo. Quare honorantes eos ac veriti fugiunt, sicut heri vidistis, quo modo cum ego distulissem post allocutionem orare pro iis qui morbis afflictabantur, daemones propter honorem religionis exclamarunt et ne parvo quidem tempore potuerunt sustinere.

XX. Nolite ergo arbitrari, nos alterius esse naturae, ideoque daemonas non timere. Unius enim ejusdemque vobiscum sumus naturae, at non religionis. Quare vobis non multum, sed omnino meliores vos quoque fieri similes non invidemus, immo contra consilium damus, gnari quod hi omnes eos qui Deo conjuncti sunt, ignotum mirumque in modum honorant ac metuunt.

XXI. Sicut enim Caesaris tribuno subjecti milites propter eum, qui potestatem dedit, ei qui potestatem accepit, honorem deferunt, in tantum, ut

1. Ita O et C ex conject., βασιλευοῦντες id. in textu, ἀπολαύοντες Epit. l. c.

2, ἀενάῳ C.

3. Fortasse leg. ἐπόντων: „sola praesentia propelluntur" vertunt Recogn. IV, 32. S.

4. χθὲς O. Tnm fortasse leg. ἐπιθεμένου. S.

5. ὑμᾶς S O, ὑμεῖς C.

ὥστ' ἂν τοὺς ἐφεστῶτας λέγειν τούτῳ, ἐλθέ, καὶ ἔρχεται [1], καὶ ἄλλῳ, πορεύου, καὶ πορεύεται [2], οὕτως καὶ ὁ Θεῷ ἑαυτὸν ἀποδούς, πιστὸς ὤν, δαίμοσί τε καὶ πάθεσι μόνον λέγων ἀκούεται, καὶ ὑποχωροῦσι δαίμονες, πολὺ ἰσχυρότεροι ὄντες τῶν κελευόντων. ἀφράστῳ γὰρ δυνάμει τὸν ἑκάστου νοῦν ὁ Θεὸς ὑποτάσσει ᾧ βούλεται. ὡς γὰρ τὸν Καίσαρα πεφόβηνται ὄντα ἄνθρωπον πολλοὶ ἡγεμόνες μετὰ πασῶν τῶν παρεμβολῶν καὶ πόλεων, τῆς ἑκάστου καρδίας [3] τῶν ὅλων εἰκόνα προτιμᾶν σπευδούσης· Θεοῦ γὰρ βουλῇ τὰ πάντα δεδουλωμένα φόβῳ τὴν αἰτίαν οὐκ οἶδεν· οὕτω καὶ τὸν Θεῷ προσφεύγοντα καὶ τὴν δικαίαν πίστιν ὥσπερ εἰκόνα αὐτοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ βαστάζοντα καρδίᾳ πάντα τὰ παθοποιὰ πνεύματα τιμᾷ καὶ φεύγει, φυσικῇ τινὶ ὁδῷ πεφοβημένα.

XXII. Ἀλλ' ὅμως κἂν [4] πάντες δαίμονες μετὰ πάντων τῶν παθῶν ὑμᾶς φεύγωσιν, οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ μόνῳ [5] χαίρειν, ἀλλ' ἐν τῷ δι' εὐαρεστίαν τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐν οὐρανῷ ὡς ἀεὶ ζώντων ἀναγραφῆναι. οὕτω καὶ τὸ θεῖον ἅγιον πνεῦμα χαίρει, ὅτι τὸν θάνατον νενίκηκεν ἄνθρωπος· τὸ γὰρ [6] δαίμονας φυγαδεύειν εἰς τὴν ἄλλου ἴασιν γίνεται. ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ ὡς ἀρνούμενοι τὸ μὴ δεῖν ἄλλοις βοηθεῖν, ἀλλ' ὅτι μὴ χρὴ ἐπὶ τούτῳ τυφωθέντας ἑαυτῶν ἀμελεῖν. ἔσθ' ὅτε δέ [7] τινας ἀνόμους ἄν-

qui praepositi sunt dicant, huic veni, et veniat, et alteri, vade, et vadat: sic et qui se Deo tradiderit estque fidelis, daemonibus ac morbis dumtaxat loquens auditur, et recedunt daemones, qui multo fortiores sunt jubentibus. Ineffabili quippe vi Deus mentem singulorum subdit cui vult. Nam quemadmodum Caesarem, qui homo est, metuunt duces plurimi cum omnibus castris et urbibus, singulorum corde imaginem domini cunctorum venerari properante: Dei siquidem voluntate omnia timore in servitutem redacta causam nesciunt: ita et eum qui ad Deum confugit, et fidem justam, velut illius imaginem, in corde portat, cuncti morborum auctores spiritus honorant et fugiunt, naturali quadam ratione perterriti.

XXII. Attamen licet cuncti daemones cum omnibus morbis vos fugiant, in eo solo non est gaudendum, sed in eo quod propter beneplacitum nomina vestra in caelo, tamquam semper viventium, descripta sunt. Sic etiam sanctus Dei spiritus gaudet, quod homo mortem vicerit; nam quod daemones fugantur, in alterius sanitatem fit. Haec vero dicimus, non quasi negemus aliis esse succurrendum, sed quia non oportet, ut eam ob rem elati negligamus nos. Contingit autem aliquando, ut daemones viros quosdam impios fugiant propter

1. ἔρχεσθαι O. Matth. 8, 9.
2. πορεύεσθαι O.
3. Post καρδίας C inserendum putat τοῦ vel θεοῦ. Cfr. e. g. Hom. XI. 24. Fortasse τῶν ὅλων mutandum in τὸν θεοῦ. S.
4. Ita O c. marg. Ci, in cujus textu καί.
5. μόνον O.
6. Ita locum corruptum atque mancum sanavi c. O. Ap. C est οὕτω τὸ θεῖον ἅγιον. Ita conject. θεοῦ ἅγιον vel θεοῦ ὀνόματα non opus est.
7. δέ subnotatur in O, ad cuj. oram διά.

δρας δαίμονες φεύγουσι δι᾽ ὄνομα τίμιον· καὶ ἐνεδρεύονται ὅ τε ἀπελάσας καὶ ἱστορήσας. ὁ μὲν ἀπελάσας, ὡς διὰ δικαιοσύνην προτιμηθείς, οὐκ εἰδὼς τοῦ δαίμονος τὸ κακοῦργον· ἅμα τε γὰρ τὸ ὄνομα τετίμηκεν, καὶ τῇ φυγῇ τὸν ἀσεβῆ εἰς οἴησιν δικαιοσύνης περιβαλὼν τοῦ μὴ μετανοεῖν ἠπάτησεν. ὁ δὲ ἱστορήσας, ὡς εὐσεβεῖ συγχρησάμενος τῷ ἀπελάσαντι, πρὸς τὴν ὁμοίαν πολιτείαν σπεύσας ἀπόλλυται. ἐνίοτε δὲ καὶ τοὺς μὴ Θεῷ προσκειμένους ὅρκους φεύγειν ὑποκρίνονται, ἵνα ἀπατήσαντες αὐτοὺς ὅτε θέλουσιν, ἀνέλωσιν[1].

XXIII. Καὶ τοῦτο οὖν ὑμᾶς εἰδέναι βουλόμεθα, ὅτι ἐὰν μή τις ἑαυτὸν ἑκὼν[2] δαίμοσι δοῦλον ἐκδῷ, ὡς τάχιον εἶπον, ὁ δαίμων τὴν κατ᾽ αὐτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει. ἕνα οὖν Θεὸν σέβειν ἑλόμενοι καὶ τραπέζης δαιμόνων ἀποσχόμενοι καὶ σωφροσύνην μετὰ φιλανθρωπίας καὶ δικαιοσύνης ἀναδεξάμενοι καὶ τρισμακαρίᾳ ἐπονομασίᾳ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτισάμενοι, τῷ[3] ὅσον δύνασθε ἐπὶ τὸ τέλειον τῆς ἁγνείας ἑαυτοὺς ἐπιδιδόναι[4], δύνασθε κολάσεως ἀϊδίου ῥυσθέντες αἰωνίων ἀγαθῶν κληρονόμοι καταστῆναι. ταῦτα εἰπὼν τοῖς ὑπὸ παθῶν ὀχλουμένοις προσιέναι ἐκέλευσεν, καὶ οὕτως πολλοὶ πείρᾳ τῶν ἐχθὲς[5] θεραπευθέντων συνεληλυθότες προσήεσαν[6], ὁ δὲ τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπιθεὶς καὶ εὐξάμενος ἐξ αὐτῆς ἰασάμενος, ἐνταυ-

venerandum nomen, tuncque insidiis appetuntur et qui expellit et qui cernit: qui expellit, quasi propter justitiam fuerit honoratus, nesciens daemonis malitiam; simul enim ac nomen honore prosecutus est, et fuga sua impium in opinionem justitiae injecit, atque ita ad poenitentiam non agendam fraude induxit. Qui vero cernit, dum commercium habet cum expellente tamquam cum homine pio, ad similem vivendi rationem festinans perit. Interdum vero et eos, qui ad Deum non referunt adjurationes, fugere simulant, ut deceptos, cum velint, interimant.

XXIII. Et hoc igitur vos scire volumus, quod nisi quis sponte se ipsum daemonibus servum tradat, quemadmodum dixi modo, daemon non habet potestatem in eum. Itaque unius Dei cultum amplexi, daemonum mensa abstinentes, temperantiam cum humanitate ac justitia consectati et ter beata invocatione in remissionem peccatorum baptizati, pro viribus ad puritatis perfectionem vos tradendo, potestis ab aeterna eripi damnatione et bonorum aeternorum constitui heredes. Quae postquam dixisset, eos qui aegritudinibus vexabantur jussit accedere, et ita multi propter eos, quos hesterno die curatos viderant, congregati accesserunt. Ille vero impositis super eos manibus et precatus con-

1. θελήσωσιν ἀνελῶσιν C.
2. ἑκὼν addidi c. O. Subinde ἐκδῷ S, ἐκδώῃ C O.
3. Ita S, τὸ C O.
4. ἐπιδιδόντες O.
5. χθὲς O.
6. Ita O c. S, προσίεσαν C.

λάμενος αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ὀρθρίτερον[1] συνεδρεύειν, αὐτὸς λουσάμενος καὶ τροφῆς μεταλαβὼν ὕπνωσεν.

ΟΜΙΛΙΑ Ι'[2].

I. Τῇ μὲν οὖν ἐν Τριπόλει τρίτῃ ἡμέρᾳ ὀρθρίτερον[3] ἐξ ὕπνου ἐγερθεὶς ὁ Πέτρος εἰς τὸν κῆπον εἰσῄει[4], ἔνθα ἦν ὑδροχοεῖον μέγα, εἰς ὃ διηνεκῶς πλούσιον ἔρρεεν ὕδωρ. ἐκεῖ λουσάμενος εἶθ᾽ οὕτως εὐξάμενος ἐκαθέσθη, ἡμᾶς δὲ περικαθεζομένους καὶ εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντας ὥσπερ ἀκοῦσαί τι βουλομένους συνεὶς ἔφη·

II. Πολλή μοι δοκεῖ εἶναι διαφορὰ τῶν ἀγνοούντων πρὸς τοὺς πεπλανημένους. ὁ γὰρ ἀγνοῶν ἐοικέναι μοι δοκεῖ ἀνδρὶ ἐπ᾽ εὐθηνουμένην πόλιν μὴ ὁρμᾶν[5] βουληθέντι, διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὰ ἐκεῖ καλά, ὁ δὲ πεπλανημένος μαθόντι μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἀγαθά, ἐν δὲ τῷ ὁρμᾶν κατὰ τὴν ὁδὸν τρίβον παραλλάξαντι καὶ διὰ τοῦτο πλανωμένῳ. οὕτως οὖν μοι δοκεῖ πολλὴν διαφορὰν εἶναι τῶν εἴδωλα σεβόντων πρὸς τοὺς ἐν θεοσεβείᾳ ἁλωμένους. οἵ τε γὰρ εἴδωλα σέβοντες ἀγνοοῦσι τὴν αἰώνιον ζωήν, οὗ εἵνεκεν οὐδὲ ὀρέγονται αὐτῆς· ὃ γὰρ μὴ ἴσασιν, ἀγαπᾶν οὐ δύνανται. οἱ δὲ τὸν

festim sanavit, praecepitque cum iis, tum aliis, ut majori mane convenirent: atque lotus, ciboque sumto, somno se tradidit.

HOMILIA DECIMA.

I. Tertio itaque apud Tripolim die maturius e somno suscitatus Petrus ingreditur in hortum, ubi ingens erat aquae receptaculum, in quod continue plurima fluebat unda. Ibi lotus sicque postea precatus consedit: nos vero circumsedentes ac in eum respicientes, quasi qui aliquid desideraremus audire, animadvertens dixit:

II. Multa mihi videtur esse differentia inter ignaros et errantes. Qui enim ignorat, videtur mihi similis esse homini ad praeclaram civitatem pergere nolenti, inscitia bonorum ibi positorum; qui vero errat, homini scienti quidem civitatis bona, sed qui in itinere suscepto semitam mutaverit ideoque aberrarit. Ad eum igitur modum puto magnam esse differentiam inter idolorum cultores et eos qui in vera religione peccant. Nam idolorum cultores vitam aeternam nesciunt, quam ideo nec appetunt: quod enim ignorant, non possunt diligere.

1. ὀρθριώτερον Cl et S, qui hic et infra mavult ὀρθριαίτερον.

2. δεκάτῃ O.

3. ὀρθριώτερον Cl et S.

4. εἰσῄει S O, εἰσίει C. Tum ὑδροχοεῖον S, ὑδροχόϊον C O.

5. ὁρᾶν O in in textu, quod in marg. ead. man. correxit in ὁρμᾶν. Subinde βουληθέντι ex conject. Ci, cuj. textus βούλεσθαι, ut O.

ἕνα Θεὸν σέβειν ἑλόμενοι καὶ αἰώνιον ζωὴν τοῖς ἀγαθοῖς δεδομένην μεμαθηκότες ἐάν τι παρὰ τὰ δοκοῦντα τῷ Θεῷ ἢ πιστεύσωσιν ἢ ποιήσωσιν, ἐοίκασι τοῖς τὴν[1] μὲν πόλιν τῆς τιμωρίας ἐκβεβηκόσιν, ἐλθεῖν δὲ εἰς τὴν εὐθηνουμένην[2] [ἐπιθυμοῦσιν,] καὶ ἐν τῇ ὁδῷ τῆς εὐθείας πλανηθεῖσιν.

III. Ταῦτα αὐτοῦ διαλεγομένου ἡμῖν εἰσῄει τις τῶν ἡμετέρων ὁ ἐπὶ τῷ ἀπαγγέλλειν αὐτῷ τὰ τοιαῦτα καθεστηκὼς λέγων[3]· πολλοὶ ὄχλοι, κύριέ μου Πέτρε, πρὸ τῶν θυρῶν ἑστήκασιν. ἐπιτρέψαντος οὖν αὐτοῦ πολὺς ἐπεισῆλθεν ὄχλος. ὁ δὲ ἐγερθεὶς καὶ τῇ ἐχθὲς[4] βάσει ἐπιστάς, τῷ τῆς θεοσεβείας ἔθει προσαγορεύσας, ἔφη· Θεοῦ τοῦ τὸν οὐρανὸν κτίσαντος καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς πεποιηκότος, ὡς ὁ ἀληθὴς ἡμῖν εἴρηκε[5] προφήτης, ὁ ἄνθρωπος κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν γεγονὼς ἄρχειν τε καὶ κυριεύειν κατεστάθη, λέγω δὲ τῶν ἐν ἀέρι καὶ γῇ καὶ ὕδασιν, ὡς[6] ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἔστι συνιδεῖν, ὅτι τῇ ἑαυτοῦ συνέσει τὰ μὲν ἐν ἀέρι φέρει κάτω, τὰ ἐν βυθῷ ἀνάγει ἄνω, τὰ ἐν γῇ ἀγρεύει, καί τοι γε κατ᾽ ἀλκὴν αὐτοῦ πολλῷ μείζονα ὄντα, λέγω δὲ ἐλέφαντας καὶ λέοντας καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια[7].

IV. Ὅτε μέν τοι δίκαιος ἐτύγχανεν, καὶ πάντων παθημάτων ἀνώτα-

Qui autem unum Deum colere sibi proposuerunt, et aeternam vitam bonis datam edocti sunt, si quid contra voluntatem Dei aut crediderint aut fecerint, assimilantur iis qui ex supplicii civitate eruperunt, ut venirent ad urbem felicitatis, atque itinere a recta via aberrarunt.

III. Haec cum nobis edissereret, ingressus est is qui ad hujusmodi referenda destinatus erat ex nostris, ut nuntiaret illi: magna hominum multitudo, domine mi Petre, pro foribus stat. Ejus ergo permissu intravit magna hominum frequentia. Ille vero surgens et in basi hesterna positus, cum religionis ritu salutasset, dixit, Dei, creatoris caeli et terrae omniumque iis contentorum (ut verus nos docuit propheta) ad imaginem et ad similitudinem homo factus, constitutus est ut imperaret ac dominaretur, dico autem in ea quae sunt in aëre, terra et aquis, quemadmodum ex ipsa re cernere est. Nam industria sua quae in aëre versantur dejicit, quae in profundo degunt extollit, quae terram incolunt venatur, quamvis robore multum eo praestantiora, elephantos inquam et leones ac his similia.

IV. Quamdiu ergo justus exstitit, omnibus malis superior fuit, ac velut

1. τὴν om. O. Tum idem ἐκβεβηκόσιν, ut conj. C, in cuj. textu ἐκβεβοηκόσι. Subinde inserui δὲ c. O.
2. εὐθυνουμένην O, cuj. lacunae subsequenti inscripsi [ἐπιθυμοῦσιν,]. Deinde τῆς εὐθείας id. c. D, τὴν εὐθείαν C.
3. τῶν ἡμετέρων ἐπὶ τῷ ἀπαγγελεῖν αὐτῷ, ὁ τὰ τοιαῦτα καθεστηκὼς λέγειν C.
4. χθὲς O.
5. ὡς ἀληθὴς εἴρηκεν ἡμῖν C.
6. Vbb. ὕδασιν ὡς bis exarata sunt in O.
7. Ita O c. Cl, τῶν τούτοις παραπλησίων C.

τος ἦν, ὡς ἀθανάτῳ σώματι τοῦ ἀλγεῖν πεῖραν λαβεῖν μὴ δυνάμενος, ὅτε δὲ ἥμαρτεν, ὡς ἐχθὲς[1] καὶ τῇ πρὸ αὐτῆς ἐδείξαμεν, ὡς δοῦλος γεγονὼς τῆς ἁμαρτίας πᾶσιν ὑπέπεσε τοῖς παθήμασιν, πάντων καλῶν δικαίᾳ κρίσει στερηθείς. οὐ γὰρ εὔλογον ἦν, τοῦ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέντος τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν. ὅθεν ἐξ ὑπερβαλλούσης αὐτοῦ εὐσπλαγχνίας πρὸς τὸ ἀπολαβεῖν[2] ἡμᾶς ἅμα τοῖς πρώτοις καὶ τὰ ἐσόμενα αἰώνια ἀγαθά, τὸν αὐτοῦ ἔπεμψε προφήτην. ὁ δὲ προφήτης πρὸς ὑμᾶς λέγειν ἡμῖν[3] ἃ δεῖ φρονεῖν καὶ ποιεῖν ἐνετείλατο. ἕλεσθε οὖν, ὃ ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ κεῖται ἐξουσίᾳ. ἃ μὲν οὖν δεῖ φρονεῖν, ἐστὶ ταῦτα· τὸν πάντα πεποιηκότα σέβειν Θεόν, ὃν ἂν ἀπολάβητε τῷ νῷ, ἀπ'[4] αὐτοῦ ἀπολήψεσθε ἅμα τοῖς πρώτοις καλοῖς καὶ τὰ ἐσόμενα αἰώνια ἀγαθά.

V. *Πεῖσαι* οὖν ἑαυτοὺς πρὸς τὰ συμφέροντα δυνήσεσθε, ἐάνπερ τῷ ἐμφωλεύοντι ἐν τῇ ὑμετέρᾳ καρδίᾳ δεινῷ ὄφει ὥσπερ ἐπᾴδοντες λέγητε[5]· Κύριον τὸν Θεὸν φοβηθήσῃ καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Ἐκ παντὸς οὖν λογισμοῦ συμφέρει τὸ αὐτὸν μόνον φοβεῖσθαι, οὐχ ὡς ἄδικον, ἀλλ' ὡς δίκαιον. καὶ γὰρ ἄδικόν τις φοβεῖται, μὴ ἀδίκως ἀναιρεθῇ, καὶ τὸν δίκαιον, μὴ[6] ἁμαρτίᾳ φωραθεὶς τιμωρηθῇ. δύνασθε οὖν ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν φόβῳ πολλῶν τῶν ἐπιβλαβῶν[7] ἀπαλλαγῆναι φόβων. ἕνα γὰρ τὸν πάντων κύριον καὶ ποιητὴν ἐὰν μὴ φοβῆσθε[8], πάντων τῶν κακῶν δοῦλοι ἐπὶ τῇ

in corpore immortali experimentum doloris capere non poterat. Ubi autem peccavit, sicut die hesterno et illum praecedente ostendimus, tamquam factus servus peccati cunctis perpessionibus subjacuit et omnibus bonis justo judicio privatus est. Haud enim aequum fuisset, ut relicto datore data apud ingratos manerent. Unde per exsuperantem misericordiam, quo una cum prioribus futura quoque aeterna perciperemus bona, suum misit prophetam. Qui propheta nobis praecepit, ut diceremus vobis quae sentire et facere debeatis. Eligite ergo et capessite. Id in vestra situm est potestate. Equidem quae sentire debetis, ista sunt: omnium auctorem Deum venerari, quem si mente receperitis, ab ipso cum prioribus commodis futura quoque perpetua bona consequemini.

V. Vosmet igitur ad utilia poteritis persuadere, si ad latitantem in vestro corde horridum serpentem velut incantantes dixeritis: *Dominum Deum revereberis, et illi soli servies.* Ex tota ergo mente convenit eum solum vereri, non ut iniquum, sed ut justum. Etenim iniquum quis veretur, ne inique de medio tollatur, justum vero, ne in peccato deprehensus poenas det. Potestis itaque per timorem erga illum effugere multos noxios metus. Unum enim cunctorum dominum et creatorem nisi timeatis, omnium malorum servi magno vestro incom-

1. χθὲς O.
2. πρὸς τὸ ἀπολαύειν C ex conject., πρὸς τῷ ἀπολαύειν id. in textu.
3. ὁ δὲ προφήτης ἡμᾶς πρὸς ὑμᾶς λέγειν ὑμῖν O.
4. Ita D, ὑπ' C O.
5. Matth. 4, 10.
6. Fort. addendum ἐφ' post μή. S.
7. ἐπιλαβῶν O in textu, ἐπιβλαβῶν in marg.
8. Ita S, φοβεῖσθε C O.

ἑαυτῶν βλάβη ἔσεσθε, λέγω δὲ δαιμόνων καὶ παθημάτων καὶ παντὸς οἵῳ[1] δή τινι τρόπῳ βλάπτειν δυναμένου.

VI. Θαρσήσαντες οὖν πρόσιτε[2] τῷ Θεῷ, οἱ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τῷ πάντων ἄρχειν καὶ κυριεύειν γεγενημένοι, οἵ τινες ἔχετε αὐτοῦ ἐν μὲν τῷ σώματι τὴν εἰκόνα, ὁμοίως τε ἔχετε ἐν τῷ νῷ τῆς γνώμης τὴν ὁμοιότητα. ἐπεὶ οὖν ἀλόγοις ζώοις ἐοικότα[3] πράξαντες ἐκ τῆς ψυχῆς [ὑμῶν][4] τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ἀπωλέσατε, ὥσπερ χοῖροι γενόμενοι δαιμόνων αἰτήματα ἐγένεσθε. ἐὰν οὖν τοῦ Θεοῦ νόμον ἀναδέξησθε[5], ἄνθρωποι γίνεσθε. οὐ γὰρ οἷον ἀλόγοις ἔστιν εἰπεῖν· οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις καὶ τὰ ἑξῆς. διὸ μὴ φθονήσητε ἑαυτοῖς εἰς τὴν πρώτην ἀνακαλούμενοι εἰσελθεῖν εὐγένειαν[6]. δυνατὸν γάρ ἐστιν, ἐὰν τῷ Θεῷ διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἐξομοιωθῆτε[7]. καὶ διὰ τὴν ὁμοιότητα υἱοὶ ἐκείνου εἶναι λογισθέντες πάντων δεσπόται ἀποκατασταῆναι δυνήσεσθε.

VII. Ἄρξασθε οὖν ἀποδύεσθαι τῶν κενῶν εἰδώλων τοὺς ἐπιβλαβεῖς φόβους, ὅπως τὴν ἄδικον φύγητε δουλείαν. δεσπόται γὰρ γεγόνασιν ὑμῶν ἐκεῖνοι, οἳ καὶ εἰς δούλους ὑμῖν ἄχρηστοι τυγχάνουσιν. λέγω δὲ περὶ ὕλης τῶν ἀψύχων ἀγαλμάτων τῶν μηδὲ πρὸς τὸ δουλεύειν ὑμῖν χρησιμευόντων. οὔτε γὰρ ἀκούει, οὔτε βλέπει, οὔτε αἰσθάνεται, ἀλλ' οὐδὲ μὴν[8] κινηθῆ-

modo eritis, daemonum inquam et morborum omnisque rei quae aliquo modo potest nocere.

VI. Cum fiducia ergo ad Deum accedite, qui principio ad cunctis imperandum et dominandum facti estis. Qui ipsius fertis in corpore imaginem, pariter feratis in mente sententiae similitudinem. Quoniam igitur facientes similia cum brutis animantibus ex anima vestra humanam animam perdidistis, instar porcorum effecti daemonum facti fuistis petitio. Itaque si Dei legem receperitis, fietis homines. Neque enim brutis animantibus dici potest: non occides, non adulterabis, non furaberis et sequentia. Quare ne vobis invideatis, ut ad primam revocati introeatis nobilitatem. Fieri enim id potest, si Deo per bona opera similes efficiamini. Et per similitudinem filii ejus esse reputati, in dominium cunctorum restitui poteritis.

VII. Incipite ergo deponere vanorum idolorum noxios metus, ut iniquam effugiatis servitutem. Domini namque vestri facti sunt illi, qui et ad servitium vobis fuissent inutiles. Loquor autem de materia inanimorum simulacrorum, quae ne ad serviendum quidem vobis usui esse possunt. Nam neque audiunt,

1. ᾧ C.

2. Ita O et C ex conject., id. προςεῖτε in textu.

3. Ita conj. C, cuj. textus ἐοίκατε, ut O. S: Porro ἐκ addidi de conject., quum nullum aliud remedium invenire potuissem. C emendat τῇ ψυχῇ.

4. τῆς ψυχῆς p. τῆς ψυχ[ῆς ὑμῶν] C sine lacuna.

5. ἀναδέξασθε O.

6. ἀγένειαν O.

7. ἐξομοιοθῆτε O.

8. μὲν Cl et S, qui legi vult μία — conjectura ap. C jam diu expressa, ac-

ναι δύναται. εἰ γὰρ βούλεταί τις ὑμῶν οὕτως ὁρᾶν ὡς ὁρᾷ καὶ ἀκούειν ὡς ἀκούει καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ κινεῖσθαι; ἀλλ' ἀπείη λοιδορίᾳ λοιδορεῖν πάνθ' ὀντινοῦν[1] *ἄνθρωπον, εἰκόνα περιφέροντα Θεοῦ, εἰ καὶ τὴν ὁμοιότητα ἀπώλεσεν.*

VIII. *Τοὺς γοῦν θεοὺς ὑμῶν τοὺς χρυσέους καὶ ἀργυρέους ἢ καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς ὕλης γεγεννημένους εἰς τὴν πρώτην αὐτῶν φύσιν·ἀποκαταστήσατε, εἴς τε φιάλας*[2] *λέγω καὶ λεκάνας καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὅσα ὑμῖν πρὸς ὑπηρεσίαν χρήσιμα*[3] *εἶναι δύναται· καὶ ταῦτα ὑμῖν ἀπαρχῆς δοθέντα ἀγαθὰ ἀποκτασταθῆναι δυνηθήσεται. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖτε· οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς τοῦτο ποιῆσαι οἱ τῶν ἐφεστώτων νόμοι. καλῶς, ὅτι νόμοι, καὶ οὐκ αὐτῶν τῶν εἰκαίων σεβασμάτων ἡ μὴ οὖσα δύναμις. πῶς οὖν αὐτοὺς θεοὺς νενομίκατε, ὑπ'*[4] *ἀνθρωπίνων νόμων ἐκδικουμένους, ὑπὸ κυνῶν φρουρουμένους, ὑπ' ὄχλων φυλασσομένους; καὶ ταῦτα ἐὰν χρύσεα ἢ ἀργύρεα ἢ χάλκεα· τὰ γὰρ λίθινα ἢ ὀστράκινα ὑπὸ τῆς ἀτιμίας φυλάσσεται, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων λίθινον ἢ ὀστράκινον ὀρέγεται κλέψαι θεόν. ὥστε μεγάλῳ κινδύνῳ ὑπόκεινται οἱ ἐκ πολυτελεστέρας ὕλης γεγεννημένοι ὑμῶν θεοί. πῶς δὴ καὶ θεοί εἰσιν, κλεπτόμενοι, χωνευόμενοι, σταθμιζόμενοι, φρουρούμενοι*[5]*;*

IX. *Ὦ τῶν ταλαιπώρων ἀνθρώπων φρένες, νεκρῶν νεκρότερα δεδιό-*

neque vident, neque sentiunt, sed nec possunt moveri. An enim vellet aliquis vestrum sic videre, ut vident, et audire, ut audiunt, et sentire, et moveri? Sed absit, hac contumelia afficere hominem quemlibet, qui Dei circumfert imaginem, etiamsi similitudinem perdiderit.

VIII. Deos igitur vestros aureos et argenteos vel ex alia factos materia in primam suam naturam restituite, in pocula dico et pelves et reliqua omnia quae vobis ad ministerium possunt esse utilia. Atque haec vobis initio data bona reddi poterunt. Sed forsan dicetis, non permittunt nobis id facere praepositorum leges. Bene, quia leges, et non ipsorum futilium numinum quae non est virtus. Qua ergo ratione deos existimastis, qui humanis legibus defenduntur, a canibus servantur, a populis custodiuntur? et hoc si idola fuerint aurea vel argentea vel aenea: nam lapidea aut fictilia ipsa sui vilitate muniuntur, quia nemo hominum lapideum vel fictilem furari avet deum. Adeo ut magno subjiciantur periculo, qui ex pretiosiore materia constant dii vestri. Et quo modo dii sunt, qui furto auferuntur, qui conflantur, appenduntur, qui custodiuntur?

IX. O miserorum mortalium mentes, qui mortuis magis mortua verentur!

cedente O. Subinde *ἢ γὰρ* p. *εἰ γὰρ* conj. S.

1. Ita C c. D, *ὅτι οὖν* C.
2. *φιάλοις* O.
3. *χρήσιμον* O.
4. *ὑπὸ* O, ut mox *ὑπὸ ὄχλων*.

5. Recogn. 5, 15: „Qui ergo furari possunt, qui ab hominibus custodiri, qui conflari et appendi et malleis caedi, isti hominibus sensum habentibns Dii debent videri?“ Quasi Ruf. praeter *φρουρούμενοι* legerit *σφυρούμενοι*. C.

τῶν· οὐδὲ γὰρ νεκρὰ αὐτὰ λέγειν δύναμαι, τὰ μηδέποτε ζήσαντα, ἐκτὸς εἰ μὴ[1] τάφοι ἀρχαίων ἀνθρώπων εἰσίν. ἐνίοτε γὰρ ἐπιβάς τις ἀγνώστοις τόποις οὐκ οἶδεν, οὓς ὁρᾷ ναούς, πότερόν ποτε νεκρῶν ἀνδρῶν μνήματά ἐστιν, ἢ τῶν λεγομένων θεῶν· πυθόμενος δὲ καὶ ἀκούσας ὅτι θεῶν[2], προςεκύνησεν οὐκ αἰδεσθείς, ὅτι εἰ μὴ ἐξετάσας μεμαθήκοι[3], διὰ τὸ ἴσον τῆς ὁμοιότητος ὡς νεκροῦ μνημεῖον ἂν παρεληλύθει. πλὴν οὐ χρή με πρὸς τῆς[4] τοιαύτης δεισιδαιμονίας πολλὴν παρέχειν ἀπόδειξιν. ῥᾴδιον γάρ ἐστι τῷ θέλοντι νοῆσαι, ὅτι οὐδέν ἐστιν, ἐκτὸς εἰ μή τις οὐ βλέπῃ. πλὴν κἂν νῦν ἄκουσον, ὅτι οὐκ ἀκούει, καὶ νόησον, ὅτι οὐ νοεῖ. χεῖρες γὰρ αὐτὸ θανόντος ἀνθρώπου ἐποίησαν. εἰ δὲ ὁ ποιήσας ἐτελεύτησεν, πῶς τὸ ὑπ' αὐτοῦ γεγονὸς οὐ λυθήσεται; τί οὖν θνητοῦ ἔργον προσκυνεῖς, παντελῶς ἀναίσθητον ὄν; ὁπότε οἱ λογισμοὺς ἔχοντες οὐδὲ τὰ ζῶα προσκυνοῦσιν, οὐδὲ στοιχεῖα τὰ ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένα κολακεύουσιν, λέγω δὲ οὐρανόν, ἥλιον, σελήνην, ἀστραπήν[5], θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὀρθῶς κρίνοντες μηδὲ[6] τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα προσκυνεῖν, ἀλλὰ τὸν τούτων δημιουργὸν καὶ πάροχον σέβειν Θεόν. ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ αὐτὰ χαίρει, ὅτι τὴν τοῦ πεποιηκότος τιμὴν οὐδεὶς αὐτοῖς προσῆψεν.

Neque enim possum ea mortua dicere, quae numquam vixerunt. Nisi forte sepulcra sunt antiquorum hominum. Interdum enim ingressus aliquis loca ignota nescit, utrum quae videt templa sint hominum mortuorum monumenta, an vocatorum deorum, interrogans vero et audiens, ea esse deorum, adoravit pudore non suffusus, quod, nisi percontando didicisset, propter aequam similitudinem velut mortui praeteriisset sepulcrum. Sed non oportet ut in hac superstitione multam afferam probationem. Facile enim est volenti intelligere, quod nihil sit, nisi quis forte nullatenus videat. Attamen vel nunc audi simulacrum non audire, ac intellige, non intelligere. Nam illud mortalis hominis manus fecerunt. Si autem, qui fecit, obiit, quo modo ab illo factum non destruetur? Cur itaque adoras mortalis opus, omnino sensu destitutum? cum, qui mentem habent, ne animalia quidem adorent, nec elementa a Deo condita colant atque adulentur, caelum dico, solem, lunam, astra, terram, mare et cuncta iis contenta: recte judicantes, nec ab ipso creata coli debere, sed eorum opificem et largitorem Deum esse adorandum. In hoc quippe et ipsa gaudent, cum honorem creatoris nemo ipsis attribuit.

1. Nisi vocibus transpositis legas ἐκτός εἰ μὴ τάφοι omnino rescripserim εἰκὸς τάφοι. Templa fuisse mortuorum sepulcra, ex Clementis προτρεπτικῷ docet Euseb. Praep. Ev. II, 6. Cyrill. in Jul. X. p. 341. Theodoret. Therapeut. VIII. p. 115. Ed. Sylb. D. εἰ μὴ ἐκτὸς C O.

2. Ita O c. S, θεὸν C, θεοῦ conj. D. C, cum totum locum perperam distinxisset, corrigere voluerat οὐκ αἰδέσθη. Debebat saltem scribere ᾐδέσθη. At quae sit verborum conjunctio, recte explanavit D, quem ego secutus sum. S.

3. μεμαθήκει C. Tum id. ἴσον.

4. πρὸς τῆς conj. C, πρὸς τὴν τῆς uterque Hom. Codex.

5. Fort. ἄστρα, γῆν ex Recogn. 5, 16. C.

6. μὴ δεῖν conj. D.

X. Αὐτοῦ γὰρ μόνου ἐστὶν ἡ ἔντιμος δόξα τοῦ μόνου ἀγενήτου, ὅτε[1] τὰ λοιπὰ πάντα γενητὰ τυγχάνει. ὡς οὖν τοῦ ἀγενήτου ἴδιον τὸ Θεὸς εἶναι, οὕτως πᾶν ὁτιοῦν γενόμενον θεὸς τῷ ὄντι οὐκ ἔστιν. πρὸ πάντων οὖν ἐννοηθῆναι ὀφείλετε τὴν τοῦ ἐν ὑμῖν ἀπατῶντος ὄφεως κακοῦργον ἐπίνοιαν, ὃς φρονίμως ὑμᾶς ἀπατᾷ ὑποσχέσει κρείττονος λογισμοῦ, ἕρπων ὑμῶν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς τὸν νωτιαῖον μυελὸν καὶ μέγα κέρδος ἡγούμενος τὴν ὑμετέραν ἀπάτην.

XI. Εἰδὼς[2] γὰρ τὸν ἀπαρχῆς νόμον, ὅτι ἐὰν ὑμᾶς εἰς ὑπόνοιαν τῶν[3] δήποτε λεγομένων θεῶν ἐνέγκῃ, μόνον ἵνα εἰς τὸ τῆς μοναρχίας ἀγαθὸν ἁμάρτητε[4], κέρδος αὐτῷ γίνεται ἡ ὑμῶν καταστροφή. λόγῳ δὲ τούτῳ ὅτι γῆν ἤσθιε καταδικασθείς, τὸν δι' ἁμαρτίαν εἰς γῆν λυθέντα, γῆν γενόμενον, ἐσθίειν ἔχει ἐξουσίαν, τῶν ψυχῶν ὑμῶν εἰς τὴν τοῦ πυρὸς αὐτοῦ γαστέρα χωρουσῶν. ἵνα οὖν ταῦτα πάθητε, πᾶσαν τὴν καθ' ὑμῶν ὑμῖν ὑποβάλλει οἴησιν.

XII. Ἀπ'[5] αὐτοῦ γὰρ πᾶσαι αἱ κατὰ τῆς μοναρχίας ἀπατηλοὶ τῷ νῷ ὑμῶν ἐπὶ βλάβῃ ἐνσπείρονται ὑπολήψεις. πρῶτον μὲν ἵνα μὴ τοὺς[6] τῆς θεοσεβείας ἀκούσαντες λόγους τὴν τῶν κακῶν αἰτίαν ἀπελάσητε ἄγνοιαν,

X. Ad ipsum enim solum pertinet eximia gloria, qui solus increatus est, quoniam reliqua omnia creaturae sunt. Sicut ergo increati proprium est, Deum esse, ita quidquid creatum est, deus vere non est. Ante omnia ergo intelligere debetis malignum vos intus decipientis daemonis commentum, qui perite seducit vos promissione mentis melioris, serpitque e cerebro vestro in dorsi medullam, et lucrum magnum computat deceptionem vestram.

XI. Scit enim primam legem, quod, si vos in opinionem vulgatorum deorum inducat, solummodo, ut contra monarchiae bonum peccetis, lucrum ipsi fiat vestra subversio. Hac vero ratione, quod terram edere condemnatus fuerit, eum qui peccati causa in terram resolutus est, terram factum potestatem habet manducandi, animabus vestris in igneum illius ventrem abeuntibus. Ut ergo ista perpetiamini, omnem vobis contrariam suggerit opinionem.

XII. Ab ipso enim cunctae, quae contra Dei monarchiam sunt, sententiae fallaces perniciose inseruntur menti vestrae. Primo quidem, ne pietatis verba audientes malorum causam ignorantiam expellatis, insidias praetextu

1. ὅτι O.

2. Participium εἰδὼς arcte connectendum est cum enunciatione antecedenti, cum qua grammatice cohaeret. S. Tum ἀπ' ἀρχῆς O. Idem praep. εἰς bis exhibet.

3. τῶν S, ὧν C O. Tum ἐνέγκῃ μόνον, ἵνα S, quod in Annott. cr. emendari vult in ἐνέγκῃ, μόνον ἵνα. Atqui ita jam ediderunt C et Cl.

4. Ita C in marg., ἁμάρτῃ in textu, ut O. Tum γίνηται C O.

5. Ἀπ' ex conject. Ci, deest in utroque Hom. Cod.

6. Scripsi ἵνα μὴ τοὺς duce libro Ottob., in quo habes ἵνα τοὺς μὴ κτλ., ἵνα τοὺς C. Qui cum μὴ deesse recte monuisset, non expectares lect. μὴ τοὺς in edit. Schweg. evulgatam.

προφάσει γνώσεως ἐνεδρεύει, δοὺς τὰ μὲν[1] *πρῶτα μιᾷ τῇ κατὰ πάντων προλήψει χρώμενος, ἥ τίς ἐστι τὸ νομίζειν καὶ*[2] *κακῶς βεβουλεῦσθαι*[3], *ὅτι ἐὰν μή τις ἀκούσῃ τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου, οὐκ ἔστιν ἔνοχος τῇ κρίσει. διὸ καὶ οὕτως ἀπατώμενοί τινες ἀκούειν οὐ θέλουσιν, ἵνα ἀγνοῶσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι ἡ ἄγνοια αὐτὴ καθ' αὑτὴν*[4] *ἱκανὸν θανάσιμόν ἐστι φάρμακον. οὐ γάρ, εἴ τις προσλάβοι θανασίμου φαρμάκου ἀγνοῶν, οὐκ ἀποθνήσκει. οὕτως φυσικῶς αἱ ἁμαρτίαι ἀναιροῦσι τὸν ἁμαρτάνοντα, κἂν ἀγνοῶν πράσσῃ*[5] *ἃ μὴ δεῖ.*

XIII. *Εἰ δὲ ἐπὶ παρακοῇ λόγων κρίσις γίνεται, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς ὀλοθρεύσει τοὺς μὴ θελήσαντας τὴν εἰς αὐτὸν θρησκείαν ἀναδέξασθαι. ὁ γὰρ μὴ θέλων μαθεῖν ἵνα μὴ ἔνοχος ᾖ, ἤδη ὡς εἰδὼς κρίνεται. ἔγνω γὰρ ὃ μὴ ἀκοῦσαι θέλει· ὥστε οὐδὲν δύναται πρὸς ἀπολογίαν ἐπίνοια*[6] *πρὸς καρδιογνώστην Θεόν. διὸ φεύγετε τοῦ ὄφεως τὴν πανοῦργον ὑποβαλλομένην ὑμῶν τῷ νῷ ἐνθύμησιν. ἵνα δὴ*[7] *καὶ ὄντως ἀγνοήσας τις τὸν παρόντα βίον τελευτήσῃ, ἔγκλημα ἕξει, ὅτι βιώσας χρόνον οὐκ ἔγνω τίς αὐτῷ τε καὶ τῶν αὐτῷ*[8] *ἐπιχορηγηθεισῶν τροφῶν ὑπῆρξεν εὐεργέτης, καὶ*

cognitionis struit: suggerens primum et una in omnes utens praesumtione, quae est, ut malo accepto consilio putetur, quod si quis non audierit verae religionis sermonem, non sit reus judicio. Quare ita decepti quidam nolunt audire, ut ignorent: nescientes, ignorantiam ipsam per se esse validum venenum ac lethale. Nam si quis mortiferum pharmacum per ignorantiam sumat, non ideo non moritur. Sic peccata naturaliter interimunt peccatorem, licet ex ignoratione faciat quae non oportet.

XIII, Si autem de eo erit judicium, quod non sit obeditum sermoni, multo magis Deus eos perdet, qui noluerint ejus religionem suscipere. Nam qui noluit discere, ne esset reus, jam ut peritus judicatur. Agnovit enim quod noluit audire, adeo ut istud commentum nullatenus ad excusationem valeat apud cordis cognitorem Deum. Quocirca fugite vafram cogitationem, vestrae menti a serpente suggestam. Ut vero aliquis vere ignarus praesentem vitam finierit, culpa non carebit, quod in toto vitae tempore non agnoverit benefi-

1. Fort. scrib. *γνώσεως ἐνεδρεύει ἄλλης, τὰ μὲν κτλ.* Cl. Recogn. 5, 18: „occasione alterius scientiae:"
2. *καὶ* add. S.
3. Ita O c. S, *βεβουλεύεσθαι* C.
4. *κατ' αὐτὴν* C.
5. Ita O c. Joan. Damasc. (Mrscr. cap. *περὶ μισομαθῶν*), qui hoc caput et sequens excerpsit: *καὶ — πράσσει* Cod. Hom. Parisin., *καὶ ἀγνοῶν πράσσει* C.
6. „Calliditas" Recog. 5, 18. Fort. leg. *ἀγχίνοια*. S.
7. *ἵνα δὲ* C. *ἐὰν* p. *ἵνα* proponit S.
8. *αὐτοῦ* conj. D. Tam *ἐπιχορηγηθεισῶν* D ex conject., approbante O, *ἐπικουρηθεισῶν* C.

ὅτι[1] ὡς ἀναίσθητος καὶ ἀχάριστος πολὺ ἀνάξιος δοῦλος τῆς τοῦ θεοῦ ἀποδοκιμάζεται[2] βασιλείας.

XIV. *Πάλιν τε*[3] ὑποβάλλει ὑμῖν ὁ δεινὸς ὄφις ὑπόληψιν, τοῦτο νοεῖν καὶ λέγειν τοῦτο αὐτὸ, ὃ[4] σχεδὸν οἱ πλεῖστοι ὑμῶν λέγουσιν· ἴσμεν καὶ ἡμεῖς ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ πάντων κύριος, ἀλλὰ καὶ οὗτοι θεοί εἰσιν. ὅνπερ γὰρ τρόπον εἷς ἐστὶν ὁ Καῖσαρ[5], ἔχει δὲ ὑπ' αὐτὸν τοὺς διοικητάς, ὑπατικούς, ἐπάρχους, χιλιάρχους, ἑκατοντάρχους, δεκαδάρχους[6], τὸν αὐτὸν τρόπον ἑνὸς ὄντος τοῦ μεγάλου Θεοῦ ὥσπερ Καίσαρος καὶ οὗτοι[7] κατὰ τὸν τῶν ὑποκειμένων ἐξουσιῶν λόγον θεοί εἰσιν, ὑποκείμενοι μὲν ἐκείνῳ, διοικοῦντες δὲ ἡμᾶς. ἀκούσατε οὖν οἱ ταύτῃ τῇ ὑπονοίᾳ[8] ὡς δεινῷ ἀπολειφθέντες ἰῷ ὑπ' αὐτοῦ, λέγω δὲ τοῦ παραδείγματος τὴν κακὴν ὑπόνοιαν, ὅπως εἰδῆτε τί καλὸν καὶ τί πονηρόν· οὔπω γὰρ ἀνεβλέψατε, ὅτι οὐδὲ τοῖς προβαλλομένοις ὑφ' ὑμῶν ἐνορᾶτε.

XV. *Εἰ γάρ φατε*, ὡς εἰς[9] τὸν τοῦ Καίσαρος λόγον τὸν Θεὸν ἔχειν τὰς ὑποκειμένας ἐξουσίας, τοὺς λεγομένους θεούς, οὐδ' οὕτως τῷ ὑμῶν στοιχεῖτε παραδείγματι. εἰ γὰρ ἐστοιχεῖτε, ἐχρῆν τοῦτ'[10] εἰδέναι, ὅτι, ὡς οὐκ ἔξεστι τὸ Καίσαρος ὄνομα ἑτέρῳ δοῦναι, λέγω δὴ ἢ ὑπάτῳ ἢ ἐπάρχῳ

ciorum ciborumque largitorem, et, velut sensu carens multumque ingratus, indignus servus e regno Dei rejicietur.

XIV. Subjicit iterum vobis nequissimus serpens existimationem, ut hoc cogitetis ac dicatis, hoc ipsum quod plerique vestrum dicunt: Scimus et nos, unum esse omnium dominum, sed et isti dii sunt. Sicut enim unus est Caesar, habet autem sub se administros, consulares, praefectos, tribunos, centuriones, decanos: eodem modo, cum unus sit magnus Deus, instar Caesaris, et isti, ad similitudinem minorum potestatum, dii sunt, ei quidem subjecti, nostri tamen gubernatores. Audite igitur, qui ex hac susceptione per eum velut gravi veneno estis infecti, pravam intelligo allati exempli suspicionem ut sciatis quid bonum et quid malum; nondum enim perspexistis, quoniam nec quae proponitis intelligitis.

XV. Si enim dicitis, quod ad similitudinem Caesaris Deus in locum subjectarum potestatum habet quos putatis deos, neque sic vestrum sequimini exemplum. Nam si sequeremini, id scire oportuit, quia sicut non licet nomen Caesaris dare alteri, dico autem vel consuli vel praefecto vel tribuno vel al-

1. Fortasse leg. ἔτι vel ἐπί. S.
2. ἀποδοκιμάσεται S.
3. δὲ scribit Schliemannus Clem. p. 136. 569. S. Tum ἄλλο p. τοῦτο conj. S. Cfr. Recogn. 5, 19: „aliam — opinionem."
4. τοῦ τὸ αὐτὸ οὐ O, τοῦτο οὐ C, qui conj. τοῦτο ὅ. Correxi interpunctionem Ci.
5. καίσαρ O.
6. δεκάρχους C.
7. Ita S, αὐτοὶ C O. „isti" Recogn. l. c.
8. Lect. Ottob. suspicatus est S, expressit tamen ταύτην τὴν ὑπόνοιαν c. C. Tum ἀπαλειφθέντες idem, ἐπαλειφθέντες S.
9. Fortasse leg. ὡσεί. S.
10. τοῦτο C.

ἢ χιλιάρχῳ ἢ ἑτέρῳ τινί (ὅτι ὁ διδοὺς οὐ ζήσεται, καὶ ὁ λαμβάνων ἀναιρεθήσεται), οὕτως ἐκ τοῦ ὑμετέρου παραδείγματος τὸ[1] *Θεοῦ ὄνομα ἑτέρῳ δοθῆναι οὐκ ἔξεστιν· ἐπεὶ καὶ ὁ πειραθεὶς ἤτε λαβεῖν ἤτε*[2] *δοῦναι ἀπόλλυται. εἰ δὲ ἡ ἐπ' ἀνθρώπου*[3] *ὕβρις δίκην παρέχει, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἑτέρους θεοὺς λέγοντες ὡς Θεὸν ὑβρίσαντες αἰωνίῳ ὑποκείσονται κολάσει. καὶ εὐλόγως, ὅτι τὸ εἰς τὴν αὐτοῦ μοναρχίαν παραδοθὲν ὑμῖν*[4] *τιμᾶν ὄνομα πάσῃ ᾗ ἠδυνήθητε ὑπεβάλετε ὕβρει· οὐ γὰρ τὸ ὄντως ἐστὶν αὐτοῦ ὄνομα Θεός, ἀλλ' ὑμεῖς τέως*[5] *παρειληφότες ὑβρίσατε ὃ ἐδόθη ὑμῖν, ἵνα ὡς ἂν αὐτῷ χρήσησθε, εἰς τὸ ὄντως αὐτοῦ ὄνομα λογισθῇ· ὑμεῖς δὲ αὐτὸ πάσῃ ὕβρει ὑπεβάλετε.*

XVI. *Αὐτίκα γοῦν τῶν Αἰγυπτίων ὑμῶν οἱ ἀρχηγέται, οἱ περὶ μετεωρολογίας αὐχοῦντες καὶ τῶν ἄστρων τὰς φύσεις διακρίνειν ἐπαγγελλόμενοι, ὑπὸ κακῆς αὐτοῖς ἐνδομυχούσης ὑπονοίας πάσῃ αὐτὸ*[6] *ἀτιμίᾳ ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς*[7] *ὑπέβαλον. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν παρέδοσαν βοῦν τὸν λεγόμενον Ἆπιν*[8] *σέβειν, οἱ δὲ τράγον, οἱ δὲ αἴλουρον, οἱ δὲ ὄφιν*[9], *ἀλλὰ καὶ ἰχθὺν καὶ κρόμμυα καὶ γαστρῶν πνεύματα καὶ ὀχετοὺς*[10] *καὶ ἀλόγων ζώων μέλη. καὶ ἄλλοις μυρίοις πάνυ αἰσχροῖς ἀτοπήμασιν.*

teri cuipiam (etenim qui dederit non vivet et qui acceperit occidetur), ita ex vestro exemplo Dei nomen alteri nefas est imponi, alioquin et qui tentaverit vel accipere vel tradere interibit. Quod si contumelia homini illa poenas dat, multo magis, qui alios deos dicunt, tamquam in Deum contumeliosi aeterno subjicientur supplicio. Et merito, quia nomen, quod in monarchiam ejus vobis ad honorandum traditum est, omni qua potuistis affecistis contumelia. Non enim vere nomen ejus est Deus: at vos, qui illud quondam accepistis, tractatis contumeliose, quod vobis concessum fuit; ut quemadmodum eo usi fueritis, id ad verum illius nomen referatur. Vos autem illud omni exposuistis opprobrio.

XVI. Itaque vestrorum Aegyptiorum primi, qui de rerum caelestium scientia gloriantur et de astrorum natura se jactant judicare, illud nomen per malam in se latentem opinionem omni ejus ignominiae, quantum in ipsis fuit, subjecerunt. Nam alii eorum bovem qui dicitur Apis colendum tradidere, alii hircum, alii felem, alii serpentem, sed et piscem et cepas et ventris crepitus et cloacas et brutarum animantium membra. Et mille aliis subdiderunt illud nomen pravis turpitudinibus.

1. *τοῦ* C.
2. *πεισθεὶς εἴτε λαβεῖν εἴτε* O.
3. *ἐπ' ἀνθ.* conj. C., *ἀπ'* id. in textu, ut O.
4. *ἡμῖν* O.
5. *τὸ ὡς* C, quod deleri vult D, *τοῦτο* S. Jam nihil mutandum.
6. *αὐτὸ* add. c. O.
7. *αὐτοὺς* O et C ex conject., *αὐτοῦ* idem in textu. S: Fort. scribendum *αὐτοὺς αὐτό*.
8. *ἄπην* O.
9. *ὄφην* O. Tum id. *ἰσχὺν καὶ κρύμνα.* S: Plura congessit de hac Aegyptiorum superstitione C ad Recogn. V, 20.
10. Rufinus: „cloacas.“ Verti etiam potest „canales“, „rivos“, „aquas decurrentes ac semper fluentes“, juxta illud Cae-

XVII. *Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος ἐγέλασεν ὁ παρεστηκὼς ὄχλος. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη πρὸς τὸν γέλωτα· γελᾶτε ὑμεῖς τὰ ἐκείνων, οὐκ εἰδότες πολλῷ μᾶλλον ὑπ' ἐκείνων γελώμενοι. πλὴν τὰ ἀλλήλων γελᾶτε, τὰ γὰρ ἴδια ὑπὸ συνηθείας κακῆς εἰς ἀπάτην ἀχθέντες οὐ βλέπετε. ὅτι δὲ ὄντως ὀρθῶς*[1] *καταγελᾶτε τῶν Αἰγυπτίων, σύμφημι, ἐπεὶ ἄλογα ζῶα λογικοὶ ὄντες προσκυνοῦσιν, τὰ πάντως θνήσκοντα. πῶς δὲ κἀκεῖνοι ὑμῶν καταγελῶντες λέγουσιν, ἀκούσατε· ἡμεῖς, φασίν*[2]*, εἰ καὶ θνήσκοντα προσκυνοῦμεν, ἀλλά γε*[3] *κἂν ζήσαντά ποτε, ὑμεῖς δὲ τὰ μηδέποτε ζήσαντα σέβεσθε. πρὸς τούτοις φασίν· τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τιμᾶν θέλοντες τὴν μορφὴν καὶ μὴ εὑρόντες ποία ἐστίν, πᾶσαν μορφὴν προτιμᾶν εἱλόμεθα· καὶ ὅμως τοιαῦτά τινα λέγοντες ὀρθότερον ὑμῶν οἴονται φρονεῖν.*

XVIII. *Διὸ καὶ ὑμεῖς ἀποκρίνεσθε*[4] *πρὸς αὐτούς· ψεύδεσθε, οὐ γὰρ τιμῇ τῇ πρὸς τὸν ὄντως Θεὸν αὐτὰ σέβεσθε, πᾶσαν γὰρ ἂν μορφὴν προσεκυνεῖτε οἱ πάντες, οὐχ ὡς ἐποιεῖτε· οἱ μὲν γὰρ ὑμῶν κρόμμυον*[5] *ὑπονοήσαντες εἶναι τὸ θεῖον καὶ γαστρὸς πνεύματα σέβοντες πολεμοῦσιν*[6]*· καὶ οὕτως ὁμοίως οἱ πάντες ἕν τι προτιμήσαντες τὰ ἄλλων ψέγετε. διαφόρῳ δὲ γνώμῃ τοῦ αὐτοῦ ζώου μελῶν ὃς μὲν ἄλλο σέβει, ἕτερος δὲ τὸ*[7]

XVII. Haec dicente Petro risit quae adstabat multitudo. Et Petrus ad risum dixit: ridetis illorum sententiam, nescientes, multo magis vos ab illis irrideri. Attamen alii aliorum res deridetis, nam proprias, per malam consuetudinem in fraudem inducti, non cernitis. Quod vero recte Aegyptios irrideatis fateor: quandoquidem animalia ratione carentia ipsi ratione praediti adorant, eaque omnino mortalia. Quo modo autem et illi vos deridendo loquantur, audite. Nos, inquiunt, etsi mortalia adoremus, tamen quae aliquando vixerunt: at vos quae numquam vixerunt colitis. Ad haec ajunt, unius Dei honorare volentes formam, nec invenientes qualis ea sit, omnem formam colendam censuimus. Porro hujusmodi quaedam locuti rectius vobis se putant sentire.

XVIII. Quapropter et vos iis respondete: falsum dicitis, non enim in honorem veri Dei colitis illa, quia omnes omnem adoraretis formam et non ut facitis. Nam qui vestrum cepam esse numen existimant, et qui colunt ventris crepitus, inter se bella gerunt, similique modo cuncti, unum quid maximi facientes, ceterorum cultum improbatis. Variante quoque sententia ex membris ejusdem animalis unus unum veneratur, alius aliud. Sed et inter illos aliqui,

sarii Resp. ad Interrog. 19: *παρ' Ἕλλησι κρῆναι καὶ κρόμμυα καὶ γαστρὸς πνεύματα μεμηνότες ἐκθειάζονται.* C. Tum *ἐχθροῖς* p. *αἰσχροῖς* C.

1. *ὀρθῶς ὄντως* O.
2. Ita S, *φησὶν* C O.
3. *ἀλλ' οὖν* O.
4. Ita S, *ἀποκρίνασθε* C O.
5. *κρόμυον* O. Tum *καὶ οἱ* p. *καὶ* legi vult S.
6. *ποιοῦσι* O. Tum *ὑμῶν* p. *ὁμοίως* conj. S.
7. *τὸ* textui reddidi postquam omissum erat a S. Idem proponit *τινὲς* p. *ἔτι*.

ἕτερον. πλὴν αὐτῶν ἔτι τὰ τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ πνέοντες, αἰδούμενοι ἐπὶ τῷ προδήλῳ αἰσχρῷ, εἰς ἀλληγορίας αὐτὰ[1] ἄγειν πειρῶνται, δι' ἑτέρας ἀπονοίας τὰ τῆς ἀπάτης αὐτῶν θανάσιμα κρατύνειν βουλόμενοι. ὅμως καὶ[2] τὰς ἀλληγορίας διελέγξαιμεν[3] ἄν, εἴπερ ἐκεῖ ἦμεν, ὧν τὸ τοσοῦτον μωρὸν ἐπεκράτησε πάθος, ὡς[4] μεγίστην τῇ ἐπινοίᾳ ἐμποιῆσαι νόσον. οὐ γὰρ χρὴ τὴν ἔμπλαστρον προσφέρειν ἐπὶ τὸ ὑγιεινὸν μέρος τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πάσχον. ἐπεὶ οὖν ὑμεῖς διὰ τοῦ γελάσαι τὰ Αἰγυπτίων ἐφάνητε μὴ παθόντες[5] τὰ ἐκείνων, περὶ οὗ ὑμεῖς[6] πεπόνθατε, εὔλογον ἦν παρόντα με ὑμῖν τὴν ἴασιν τοῦ ἐν ὑμῖν πάθους παρέχειν.

XIX. Ὁ Θεὸν σέβειν αἱρούμενος πρὸ πάντων εἰδέναι ὀφείλει, τί μόνον τῆς Θεοῦ φύσεως ἴδιόν ἐστιν, ὃ ἄλλῳ προσεῖναι ἀδύνατον, ἵνα, εἰς τὸ ἰδίωμα αὐτοῦ ἀποβλέπων καὶ παρ' ἑτέρῳ αὐτὸ μὴ εὑρίσκων, ἑτέρῳ τὸ[7] θεῷ εἶναι μὴ ἀπατηθῇ δοῦναί ποτε. ἔστι δὲ ἴδιον Θεοῦ, τοῦτον μόνον εἶναι, ὡς πάντων ποιητήν, οὕτως καὶ κρείττονα. κρεῖττόν ἐστι δυνάμει μὲν τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου[8], πρὸς μέγεθος τὸ ἄπειρον τοῦ πεπερασμένου· πρὸς εἶδος τὸ εὐμορφότατον, πρὸς εὐδαιμονίαν τὸ μακαριώτατον,

qui adhuc aliquid bonae mentis retinent, erubescentes de manifesta turpitudine nituntur cuncta ad allegorias trahere, et per aliam dementiam volunt erroris sui confirmare mortiferum virus. Ceterum confutaremus et allegorias, si illic essemus, quarum adeo invaluit stulta affectio, ut maximum animo creaverit morbum. Non enim oportet emplastrum inferre in partem corporis sanam, sed in morbidam. Quandoquidem igitur vos; ridendo Aegyptiaca, declarastis vos idem quod illi non pati, circa id in quo vos aegrotatis, aequum est ut ego coram vobis remedium vestri morbi praebeam.

XIX. Qui Deum colere vult, ante omnia scire debet, quid solum divinae naturae proprium sit, quod alteri non possit inesse; ut in proprietatem ejus respiciens, eamque non reperiens apud alium, numquam fraude inducatur ad tribuendam alteri divinitatem. Est autem proprium Dei: illum solum esse, ut omnium creatorem, ita et optimum. Potentius quippe est quod facit eo, quod fit; magnitudine, quod infinitum est, finitis; specie pulcherrimum; felicitate

1. αὐτὰ O et in marg. C, αὐτὰς id. in textu. Tum ἐπινοίας p. ἀπονοίας O.

2. ὁ μὲν p. ὅμως καὶ O.

3. διηλέγξαμεν O. Idem om. τὸ ante τοσοῦτον. Quod si retineri velis, lege saltem τοσοῦτον μωρὸν ἐπεκράτησε τὸ πάθος.

4. ὡς S, deest in O C, ὥστε Galland.

5. πείθοντες C.

6. Tum ὑμεῖς O et ex conject. C, qui in textu ὑμᾶς.

7. τῷ C, τῳ S, qui lect. Ottob. jam suspicatus est. Idem interpungendum censuit ut interpunximus c. O. Ap. C puncto distinctum est post ἐστιν.

8. κρείττων ἐστὶν μὲν δυνάμει τοῦ ποιεῖν τοῦ λοιποῦ C, κρεῖττόν ἐστι μὲν δυνάμει τὸ ποιοῦν τοῦ ποιητοῦ D, κρεῖττόν ἐστι δυνάμει μὲν τὸ ποιοῦν τοῦ ποιοῦντος O, quam ultimam vocem converti in ποιουμένου. Tum περαινασμένου p. πεπερασμένου C, περαινομένου S c. Cl.

πρὸς νοῦν τὸ τελειότατον[1]. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτὸς[2] ἀπαραβλήτως τὴν ὑπεροχὴν ἔχει. ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔφην, ἴδιον Θεοῦ τὸ αὐτὸν εἶναι τῶν ὅλων κρείττονα, ὑπ' αὐτοῦ δὲ ὁ πάντα περιέχων γέγονε κόσμος ἀνάγκη πᾶσα λέγειν, μηδὲν[3] ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων αὐτῷ δύνασθαι τὴν ἴσην ἔχειν σύγκρισιν.

XX. Ὁ δὲ μὴ ἔχων τὸ ἀπαράβλητον καὶ ἀνυπέρβλητον καὶ πάντῃ πάντοθεν ἀνενδεὲς αὐτὸς εἶναι οὐ δύναται. εἰ δὲ ὁ πᾶς κόσμος τοῦτο εἶναι οὐ δύναται, καθὸ γεγένηται[4], πόσῳ γε μᾶλλον τὰ μόρια αὐτοῦ οὐκ ἂν εὐλόγως κληθείη θεός; μόρια δὲ λέγω τοὺς ὑφ' ὑμῶν λεγομένους θεούς, ἐκ[5] χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χαλκοῦ τε καὶ λίθου ἢ καὶ ἐξ ἄλλης ὕλης ἡστινοσοῦν[6] γεγονότα, καὶ ταῦτα ὑπὸ θνητῆς χειρὸς δεδημιουργημένα. ὅμως δὲ πρὸς ταῦτα ἴδωμεν[7], οἷα δι' ἀνθρώπου στόματος ὁ δεινὸς ὄφις φαρμάσσει τοῖς ἐπειγμοῖς[8] τοὺς ἐξαπατωμένους.

XXI. Λέγουσι γὰρ οἱ πολλοί· τῶν σεβασμάτων ἡμῶν σέβομεν οὐ τὸν χρυσὸν οὐδὲ τὸν ἄργυρον οὐδὲ ξύλον ἢ λίθον· ἴσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ὅτι ταῦτα οὐδέν ἐστιν ἢ ἄψυχος ὕλη καὶ ἀνθρώπου θνητοῦ τέχνη· ἀλλὰ τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτοῖς πνεῦμα, τοῦτο θεὸν λέγομεν. ὅρα τῶν ταῦτα λεγόντων τὴν κακοήθειαν. ἐπεὶ γὰρ τὸ φαινόμενον εὐέλεγκτόν ἐστιν, ὅτι οὐδέν

beatissimum; mente perfectissimum. Similiter autem et in aliis ipse incomparabiliter eminet. Cum ergo, sicut dixi, Dei sit proprium, cunctis esse meliorem, ab ipso autem factus sit, qui omnia complectitur mundus, penitus necessario dici debet, nullam rerum ab eo creatarum posse cum ipso conferri et exaequari.

XX. Porro mundus, qui non est incomparabilis et eximius atque omni ex parte nullo indigens, Deus esse nequit. Sin vero totus mundus, in quantum conditus fuit, Deus esse nequit, quanto magis illius partes non recte Dei nomen accipient? Partes autem dico, quos vocatis deos, nimirum ex auro, argento, aere, lapide, vel alia quacumque materia factos, insuperque mortalis manus opificia. Attamen videamus praeterea, qualiter per os hominis importunus serpens deceptos inductionibus inficiat.

XXI. Dicunt enim multi: in nostris numinibus non aurum neque argentum nec lignum aut lapidem adoramus: scimus namque et nos ista nihil esse, praeter inanimam materiem et mortalis hominis artificium. Sed spiritum qui in illis residet, deum asserimus. Vide ista proferentium malignitatem. Nam

1. τελειώτατον C.
2. αὐτὸ S.
3. Vbb. ὑπ' αὐτοῦ δὲ ὁ πάντα περιέχων γέγονε κόσμος, ἀνάγκη πᾶσα λέγειν, μηδὲν non extant in O.
4. ἀνενδεὲς θεὸς εἶναι οὐ δύναται, καθ' ὃ γεγένηται. πόσῳ C.
5. ἐκ om. O.
6. Ita scripsi duce Ottob., qui habet τινοσοῦν. Ap. C. τινὸς οὖν. Nostrum jam vidit S.
7. ἴδωμεν O c. S, εἴδωμεν C.
8. ὑπειγμοῖς C.

ἐστιν, κατέφυγον ἐπὶ τὸ ἀόρατον, ὡς ἐπ' ἀδήλῳ τινὶ ἐλεγχθῆναι μὴ δυνάμενοι. πλὴν συνομολογοῦσιν ἡμῖν οἱ τοιοῦτοι ἐπὶ μέρους, ὅτι τὸ ἥμισυ τῶν παρ' αὐτοῖς ἱδρυμάτων Θεὸς οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀναίσθητος ὕλη. λοιπὸν δὲ περιλείπεται δεῖξαι αὐτούς[1], πῶς πιστεύομεν ὅτι θεῖον ἔχει πνεῦμα. ἀλλ' ἐπιδεῖξαι[2] ἡμῖν οὐ δύνανται ὅτι ἐστίν, ἐπεὶ μή ἐστιν. καὶ αὐτοῖς ἑωρακέναι οὐ πιστεύομεν. ἡμεῖς αὐτοῖς ὅτι θεῖον οὐκ ἔχει πνεῦμα[3] τὰς ἀποδείξεις παρέξομεν, ὅπως τοῦ δοκεῖν αὐτὰ ἔμπνοα εἶναι οἱ φιλαλήθεις[4] τὸν ἔλεγχον ἀκούσαντες τῆς λυσσώδευς ὑπονοίας[5] ἀποτραπῶνται.

XXII. *Τὸ μὲν δὴ πρῶτον, εἰ ὡς ἔμπνοα ὄντα σέβεσθε αὐτά, καὶ*[6] *αἰωνίων ἀρχαίων τάφους προσκυνεῖτε, τῶν ὁμολογουμένως οὐδὲν*[7] *πνεῦμα θεῖον ἐσχηκότων. οὕτως οὐδὲ κατὰ τοῦτο ἀληθεύετε. πλὴν εἰ ὄντως ἔμπνοα ἦν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, ἀφ' ἑαυτῶν ἂν ἐκινεῖτο, φωνὴν ἂν εἶχεν, τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀράχνην ἀπεσείετο, τοὺς αὐτοῖς ἐπιβουλεῦσαι θέλοντας καὶ κλέπτοντας ἀπεωθεῖτο ἄν, τοὺς τὰ ἀναθήματα ἀποσυλῶντας συνελάμβανεν ἂν ῥᾳδίως. νῦν δὲ τούτων οὐδὲν ποιοῦσιν, ἀλλ'*[8] *ὡς κατάδικοι, καὶ μάλιστα οἱ τιμιώτεροι αὐτῶν, φρουροῦνται, ὡς καὶ τὴν ἀρχὴν εἰρήκαμεν. τί δὲ οὐ φόρους καὶ τέλη ὑπὲρ αὐτῶν ἀπαιτοῦσιν ὑμᾶς οἱ δυνάσται, ὡς πολλὰ καρπιζομένους τῶν ἐκεῖ; τί δὲ οὐ πολλάκις ὑπὸ πολεμίων*[9] *διηρ-*

quia, quod apparet, convinci facile potest, quod nihil sit, ad id quod non videtur confugiunt, quasi in re incerta nequeant confutari. Nobiscum tamen ex parte isti confitentur, quod dimidium simulacrorum suorum Deus non sit, sed sensu carens materia. Superest igitur, ut probent, qua ratione credamus in illis versari divinum spiritum. Verum id ita esse nobis nequeunt demonstrare, quia non est. Et ipsis apparuisse non credimus. Nos illis, ea divinum spiritum non habere, per argumenta probabimus, ut veritatis studiosi, audita confutatione opinionis ea spiritu praedita affirmantis, a rabioso errore se avertant.

XXII. Primo quidem si ea velut spiritum habentia colitis, etiam antiquorum hominum sepulcra adoratis, quos in confesso est divinum non habuisse spiritum. Ita neque in hoc vera loquimini. Porro si vere spirarent vestra numina, per se moverentur, vocem emitterent, araneas insidentes ablegarent, insidiatores suos et fures abigerent, donariorum praedones facile comprehenderent. Jam vero nihil horum faciunt dii, sed instar reorum custodiuntur, praesertim qui sunt pretii majoris, quemadmodum principio diximus. Quid enim, nonne principes a vobis tributa et vectigalia pro iis exigunt, quod multum inde

1. *αὐτοῖς* O.
2. *ἐπειδεῖξαι* O.
3. *πνεῦμα* adscripsi ex O.
4. *φιλαληθεῖς* C.
5. *ἀπονοαίς* conj. D. Subinde *ἀποτράπονται* O.
6. Leg. *τί καὶ* (cur etiam). S. Subinde *ἀνθρώπων* p. *αἰωνίων* conj. C.
7. *ὁμολογουμένων ὡς οὐδὲ* C.
8. *ἀλλὰ* O.
9. Ita C in marg., *πολέμων* in textu, ut O.

πάγησαν, καὶ συντριβέντες διενεμήθησαν; οὐχὶ καὶ τῶν ἔξω θρησκευόντων αὐτοὶ πλέον οἱ ἱερεῖς, ἐπὶ τῇ ἀχρήστῳ θρησκείᾳ ἑαυτῶν κατεγνωκότες, τῶν ἀναθημάτων πολλὰ ὑφαιροῦνται;

XXIII. *Ναί, φησίν, ἀλλὰ προνοίᾳ αὐτῶν ἐφωράθησαν. ψεῦδός ἐστιν. πόσοι γὰρ οὐκ ἐφωράθησαν αὐτῶν; εἰ δὲ διὰ τὸ ἐνίους συνειλῆφθαι δύναμιν αὐτοὺς*[1] *ἔχειν λέγουσιν, πεπλάνηνται. καὶ γὰρ τῶν τυμβωρύχων τινὲς μὲν εὑρίσκονται, τινὲς δὲ λανθάνουσιν, καὶ οὐ δήπου γε τῇ τῶν νεκρῶν δυνάμει*[2] *οἱ συλληφθέντετ ἐφωράθησαν. τοιοῦτόν τι καὶ περὶ τοὺς κλεπτομένους καὶ συλωμένους θεοὺς ἔστιν ἡμῖν νοεῖν. ἀλλά, φησίν, οὐ πεφροντίκασιν τῶν ξοάνων αὐτῶν οἱ ἐν αὐτοῖς ὄντες θεοί. τί οὖν αὐτὰ ὑμεῖς τημελεῖτε σμήχοντες καὶ πλύνοντες καὶ καθαίροντες, στεφανοῦντες, ἐπιθύοντες; διόπερ ἐντεῦθεν συννοήσατε μηδὲν*[3] *ὀρθῷ λογισμῷ ποιοῦντες. ὡς γὰρ τοῖς νεκροῖς ἐπικλαίετε, οὕτω καὶ τοῖς θεοῖς ὑμῶν ἐπιθύετε καὶ σπένδετε.*

XXIV. *Οὐκέτι μέν τοι τοῦτο οὐδὲ τῷ τοῦ Καίσαρος καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐξουσιῶν συμφωνεῖ παραδείγματι, διοικητὰς αὐτοὺς λέγειν, ὁπότε ὑμεῖς αὐτῶν τὴν πᾶσαν ποιεῖσθε πρόνοιαν, ὡς προεῖπον, κατὰ πάντα τημελοῦντες ὑμῖν*[4] *τὰ ἱδρύματα. αὐτὰ γὰρ οὐδὲν δυνάμενα οὐδὲν ποιεῖ. ἐπεὶ εἴπατε ἡμῖν, τί διοικοῦσιν, τί ποιοῦσι τοιοῦτον, ὁποῖόν τι οἱ κατὰ τόπον ἡγούμενοι; τί δὲ ἐνεργοῦσι τοιοῦτον, ὁποῖον οἱ τοῦ Θεοῦ ἀστέρες; εἰ μὴ*

emolumenti capitis? Nonne saepe ab hostibus rapti sunt, et post fracturam distributi? Nonne plus quam cultores, qui extra sunt, ipsi plerumque sacerdotes, se de inutili cultu damnantes, subripiunt multa donaria?

XXIII. Ita est, dicet aliquis, sed deorum providentia isti homines deprehensi sunt. Falsum est. Quot enim eorum non sunt deprehensi? Quod si ex quorundum comprehensione deos potestatem habere concludunt, errant. Etenim ex sepulcrorum effossoribus nonnulli inveniuntur et nonnulli latent, neutiquam tamen mortuorum potestatis est, quod illi capiantur. Pari modo de furibus deorum debemus censere. Sed, dicetur, curam non gerunt simulacrorum suorum, qui in eis resident dii. Cur ergo vos ea curatis, abstergentes, lavantes, purgantes, coronantes et sacrificiis colentes? Quocirca inde reputate, vos recta ratione non agere. Quemadmodum enim mortuos defletis, ita et diis vestris sacrificatis et libatis.

XXIV. Equidem non amplius illud convenit cum exemplo Caesaris et potestatum sub illo positarum, deos dicere administratores, quandoquidem iis omnem curam impenditis, sicut jam dixi, in omnibus vobis foventes simulacra. Ipsa enim cum nihil possint, nihil faciunt. Alioquin dicite nobis, quidnam administrent, quid hujusmodi agant, quale agunt locorum praefecti? Quid vero

1. *αὐτοὺς* S O, *ἑαυτοὺς* C.
2. *δύναμιν* O mendose.
3. *μηδὲ* C.
4. *ὑμῶν* C.

τι φαίνουσιν, ὡς ὁ ἥλιος, οἷς λύχνους ὑμεῖς ἅπτετε; μή [1], *ὥσπερ τὰ νέφη ὑετοὺς φέρει, καὶ αὐτοὶ φέρειν ὄμβρους δύνανται, οἱ μηδὲ ἑαυτοὺς κινεῖν δυνάμενοι, ἐὰν μὴ ἄνθρωποι ἐπιλάβωνται; ἦ καρποὺς παρέχονται τοὺς αὐτοὺς τῇ γῇ τοῖς πόνοις ὑμῶν, οἷς θυσίας* [2] *χορηγεῖτε. οὕτως οὐδὲν δύνανται.*

XXV. *Εἰ δὲ καὶ ποιεῖν τι ἐδύναντο, οὐκ ἂν αὐτοὺς ὀρθῶς θεοὺς ἐλέγετε, ὁπότε οὐδὲ τὰ στοιχεῖα ὀνομάζειν ἔξεστι θεούς, δι' ὧν τὰ ἀγαθὰ χορηγεῖται. ἀλλὰ τὸν μόνον τάξαντα αὐτά, πρὸς τὴν ἡμετέραν χρῆσιν ἐκτελεῖν τὰ πάντα, καὶ κελεύσαντα ἀνθρώπῳ ὑπηρετεῖν, μόνον ὀρθῷ λόγῳ Θεὸν ὀνομάζομεν. οὗ* [3] *τῆς εὐεργεσίας ὑμεῖς μὴ αἰσθανόμενοι τὰ ὑμῖν δοῦλα ἀπονεμηθέντα στοιχεῖα καθ' αὐτῶν δεσπόζειν ἀνηγορεύσατε. καὶ τί περὶ στοιχείων δεῖ λέγειν; ὁπότε καὶ ἄψυχα ἀγάλματα πεποιηκότες οὐ μόνον προσκυνεῖτε, ἀλλ' ὡς δοῦλοι κατὰ πάντα αὐτοῖς ὑποτετάχθαι ἀξιοῦτε. διὰ τοῦτο, δι' ὧν παρεφρονήσατε* [4], *δαίμοσιν ὑποχείριοι γεγόνατε. πλὴν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐπιγνώσεως ἐκ τῶν καλῶν πράξεων δύνασθε δεσπόται γενέσθαι πάλιν, καὶ δαίμοσιν ὡς δούλοις ἐπιτάξαι, καὶ ὡς υἱοὶ Θεοῦ αἰωνίου βασιλείας κληρονόμοι καταστῆναι.*

XXVI. *Ταῦτα εἰπὼν ἐκέλευσε τοὺς δαιμονῶντας καὶ νόσοις ἐγκατει-*

XVII. Nos Deum dicimus, cujus proprium in alio esse nequit. Velut enim qui infinitus est undique, propter hoc dicitur immensus, et omnino est necesse, eum immensum ideo vocari, quia non potest alius ut ipse esse infinitus, (sin autem aliquis hoc dixerit possibile, errat: nec enim duo undique infinita simul existere possunt, terminaretur enim alterum ab altero), itaque natura comparatum est, unum esse Ingenitum. Quod si in figura est, sic quoque unum est incomparabile. Quare et altissimus vocatur, quia, omnium supremus, cuncta sibi subjecta habet.

XVIII. Et Simon: num nomen illius ineffabile est, *Deus*, quod omnes appellant: quoniam adeo et de nomine contendis, ne alii detur? Respondit Petrus: scio, hoc non esse illi nomen ineffabile, sed nomen quod ex convento hominum dicitur, quod si alteri dederis, etiam illud quod non effertur possis alteri tribuere, et id quidem ratione voluntatis. Nomen, quod dicitur, indicto praegreditur. Hoc modo contumelia et in illud quod nondum prolatum est redundat, quemadmodum honor cogniti in adhuc incognitum refertur.

XIX. Et Simon dixit: scire velim, Petre, an vere credas hominis formam

1. *τὸ ἴδιον* C.
2. *ὡς αὐτὸς ἀπείρῳ εἶναι, τὸ καλεῖσθαι ἀπέραντος* C. Schliemanni conjecturam *ἀπείρου* (Clem. p. 145. 569.) a Schweglero vilipensam confirmat Cod. O.
3. *οὕτως* S O, *ὄντως* C.
4. *καὶ* conj. S.
5. *τὸ* O et ex conject C, in cuj. textu *τε*, S *τι*.
6. Dedi *προσάψεις, καὶ* c. O, *προσάψας* C, *προσάψεις* D.

ὅτι ἡ ἀνθρώπου μορφὴ πρὸς τὴν ἐκείνου μορφὴν διατετύπωται. καὶ ὁ Πέτρος· ἀληθῶς, ὦ Σίμων, οὕτως ἔχειν πεπληροφόρημαι. καὶ ὁ Σίμων· πῶς θάνατος τὸ σῶμα λύειν δύναται, σφραγῖδι μεγίστῃ διατετυπωμένον; καὶ ὁ Πέτρος· Θεοῦ δικαίου ἐστὶ μορφή. ἐπὰν οὖν ἀδικεῖν ἄρξηται, ἡ ἐν αὐτῷ ἰδέα[1] φεύγει, καὶ οὕτω τὸ σῶμα λύεται, ἵνα ἡ μορφὴ ἀφανὴς γένηται, ὅπως μὴ δικαίου μορφὴν Θεοῦ[2] ἄδικον ἔχῃ σῶμα. ἡ μέντοι λύσις οὐ περὶ τὴν σφραγῖδα γίνεται, ἀλλὰ περὶ τὸ σφραγισθὲν σῶμα. ἄνευ δὲ τοῦ σφραγίσαντος τὸ σφραγισθὲν οὐ λύεται. οὕτως ἄνευ κρίσεως οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν ἔξεστιν. καὶ ὁ Σίμων· τίς οὖν ἀνάγκη ἦν, τὴν τοιούτου μορφὴν τῷ ἀπὸ γῆς ἐγερθέντι δοῦναι ἀνθρώπῳ; καὶ ὁ Πέτρος· διὰ τὴν τοῦ[3] πεποιηκότος Θεοῦ φιλανθρωπίαν γέγονεν, ἐπεὶ γὰρ τῷ κατ' οὐσίαν λόγῳ πάντα κρείττονα τυγχάνει τῆς ἀνθρώπου σαρκός, λέγω δὴ[4] τὸν αἰθέρα, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τοὺς ἀστέρας, τὸν ἀέρα, τὸ ὕδωρ, τὸ πῦρ, ἑνὶ λόγῳ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ἅ τινα εἰς ὑπηρεσίαν ἀνθρώπου γενόμενα καὶ κατ' οὐσίαν κρείττονα ὄντα ἡδέως ὑπομένει δουλεύειν τῷ κατ' οὐσίαν χείρονι, διὰ τὴν τοῦ κρείττονος μορφήν. ὡς γὰρ οἱ πήλινον[5] ἀνδριάντα βασιλέως τιμῶντες τὴν τιμὴν ἀναφερομένην ἔχουσιν εἰς ἐκεῖνον, οὗπερ ὁ πηλὸς τὴν μορφὴν τυγχάνει ἔχων, οὕτω[6] καὶ ἡ πᾶσα κτίσις τῷ ἀπὸ γῆς γενομένῳ ἀνθρώπῳ χαίρουσα δουλεύει, εἰς τὴν ἐκείνου ἀφορῶσα τιμήν.

ad formam Dei esse effictam. Et Petrus: vere, o Simon, ita habere plane mihi est. Ac Simon: quo modo potest mors corpus solvere, maximo sigillo conformatum? Tum Petrus: Dei justi est forma. Cum ergo coeperit inique agere, insita species fugit, sicque corpus dissolvitur, ut forma non amplius appareat, ne justi Dei forma ab injusto corpore habeatur. Atqui solutio non fit circa sigillum, sed circa sigillatum corpus. Porro absque eo, qui signavit, signatum non solvitur. Sic citra judicium neque mori licet. Et Simon: quae ergo fuit necessitas, Dei formam homini e terra excitato tradere? Ac Petrus: factum est propter humanitatem Dei Creatoris. Quandoquidem ratione substantiae cuncta praestantiora sunt humana carne, aether inquam, sol, luna, sidera, aër, aqua, ignis, uno verbo caetera omnia, quae ad ministerium hominis facta, licet substantia potiora, tamen lubenter sustinent ei qui substantia deterior est servire, propter Numinis formam. Nam sicut qui luteam imperatoris statuam honorant, honorem relatum habent in imperatorem, cujus lutum figuram repraesentat, sic universa creatura homini de terra orto laeta inservit, ad Dei honorem respiciens.

1. εἰδέα C, qui deinde οὕτως.
2. Θεοῦ μορφὴν C.
3. Pro διὰ τὴν τοῦ in O occurrunt haec verba alia manu expuncta: τοῦτο διὰ τὴν τοιούτου μορφὴν τῷ ἀπὸ γῆς ἐγερθέντι δοῦναι ἀνθρώπῳ. Tum repetitur καὶ ὁ πέτρος.
4. δὴ S, δὲ C O.
5. πάλιν O.
6. οὕτως C.

XX. Ἰδέ[1], οἵῳ Θεῷ, Σίμων, ἀχαριστεῖν ἡμᾶς πεῖσαι θέλεις· καὶ βαστάζει σε ἡ γῆ, ἴσως δὲ ἰδεῖν[2] βουλομένη, τίς σοι τὰ ὅμοια φρονεῖν τολμήσοι[3]. πρῶτος γὰρ αὐτὸς ἐτόλμησας, ὃ μηδεὶς ἐτόλμησεν; πρῶτος ἐφθέγξω, ἃ πρώτως ἠκούσαμεν. πρῶτοι καὶ μόνοι ἡμεῖς ἐπὶ τῇ[4] τοιαύτῃ σου ἀσεβείᾳ τὴν ἄπειρον τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν ἱστορήσαμεν, καὶ οὐκ ἄλλου τινός, ἢ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον, εἰς ὃν ἀσεβεῖν ἐτόλμησας. καὶ χάσματα γῆς οὐκ ἐγενήθη, καὶ πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ οὐ κατεπέμφθη, καὶ εἰς ἐμπρησμὸν ἀνδρῶν οὐκ ἐπεξῆλθεν, καὶ ὑετὸς οὐκ ἐπεσχέθη[5], καὶ θηρῶν πλῆθος ἀπὸ δρυμῶν οὐκ ἐπέμφθη, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἡμᾶς διὰ ἕνα ἁμαρτάνοντα ὡς ἐπὶ μοιχείας πνευματικῆς, τῆς κατὰ σάρκα χείρονος[6] ὑπαρχούσης, ἡ Θεοῦ ὀργὴ ὀλέθριος οὐκ ἤρξατο. οὐ γάρ ἐστιν ὁ[7] τότε ἐπεξελθὼν τὰ ἁμαρτήματα οὐρανοῦ καὶ γῆς κτίστης Θεός; ἐπεὶ καὶ νῦν τὰ μέγιστα βλασφημούμενος τὰ μέγιστα ἐπεξήρχετο. ἀλλὰ τοὐναντίον μακροθυμεῖ, εἰς μετάνοιαν καλεῖ, συντελοῦντα βέλη πρὸς συντέλειαν τῶν ἀσεβῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς ἀποκείμενα ἔχων, ἅ τινα ἐπαφήσει ὡς ζῶα ἔμψυχα, ὅταν[8] ἀνταποδοῦναι κρίσιν τοῖς αὐτοῦ προκαθεσθῇ. διὸ φοβηθῶμεν Θεὸν δίκαιον, οὗ τὴν μορφὴν πρὸς τιμὴν τὸ[9] ἀνθρώπου βαστάζει σῶμα.

XX. Vide Simon, quali Deo ut simus ingrati persuadere cupis: et terra portat te, fortassis scire volens, quis similia ac tu sentire audeat. Primus enim ausus es, quod nullus in animum induxit: primus locutus es ea, quae primum audivimus. Primi ac soli nos super tanta tua impietate immensam Dei patientiam cognovimus, nec alterius cujuspiam, quam illius qui mundum creavit, in quem sustinuisti esse impius. Et terrae hiatus factus non est, atque ignis e coelo non est emissus nec in hominum conflagrationem exiit, et imber non est suspensus, ac multitudo ferarum non est e saltibus immissa, atque in nos ipsos propter unum peccatorem, ob spirituale adulterium, quod carnali pejus est, non conversa est perniciosa Dei ira. An enim non est, qui tunc vindicabat peccata, coeli ac terrae conditor Deus? alioquin et nunc maximis appetitus conviciis maxime ulcisceretur. Sed contra, patiens est, ad poenitentiam vocat, qui consummantia tela ad impiorum exterminationem habet in thesauris reposita, quae, tamquam viventia animalia, tunc demittet, cum praesederit ad retribuendum hostibus suis judicium. Quocirca timeamus justum Deum, cujus formam in honorem hominis corpus gerit.

1. Ita O c. S, εἶδε C.
2. ἰδεῖν S O, εἰδεῖν C.
3. τολμήσει O. Malim τολμήσαι. Tum adjeci αὐτὸς c. O.
4. τῇ adscripsi ex O.
5. ἐπεχέθη O
6. τῆς κατὰ σάρκα χείρονος D approbante O, κατὰ σάρκα χείρων C in textu, χείρονος in marg.
7. ὁ om. O interpungens post ἐστιν.
8. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu ὄντα.
9. τοῦ C.

XXI. *Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος ὁ Σίμων ἀπεκρίνατο· ἐπειδὴ ὁρῶ σε σοφῶς αἰνισσόμενον ὅτι τὰ γεγραμμένα κατὰ τοῦ δημιουργοῦ ἐν ταῖς*[1] *βίβλοις οὐκ ἀληθῆ τυγχάνει, αὔριον ἀπὸ τῶν τοῦ διδασκάλου σου λόγων δείξω τὸν*[2] *δημιουργὸν μὴ ἀνώτατον λέγοντα εἶναι*[3] *Θεόν. καὶ ὁ Σίμων ταῦτα εἰπὼν ἐξῆλθεν. ὁ δὲ Πέτρος τοῖς παρεστῶσιν ὄχλοις ἔφη· ὁ Σίμων κἂν μηδὲν ἕτερον περὶ Θεοῦ βλάψαι ἡμᾶς δυνηθῇ, ἀλλ' οὖν γε*[4] *ἐμποδίζει ὑμῖν ἀκούειν τοὺς τὴν ψυχὴν δυναμένους καθαίρειν λόγους. ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος*[5] *πολὺς ψιθυρισμὸς ἐγένετο τῶν ὄχλων λεγόντων· τίς δὲ ἀνάγκη ἐᾶν αὐτὸν ἐνταῦθα εἰσιόντα τὰς κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας λέγειν; καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας ἔφη· γένοιτο μέχρι Σίμωνος ἀρκετὸν γενέσθαι τὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς πειρασμὸν ἀνθρώπων λόγον. ἔσονται*[6] *γάρ, ὡς ὁ κύριος εἶπεν, ψευδαπόστολοι, ψευδεῖς προφῆται, αἱρέσεις, φιλαρχίαι· αἵ τινες, ὡς στοχάζομαι, ἀπὸ τοῦ τὸν Θεὸν βλασφημοῦντος Σίμωνος τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαι εἰς τὸ*[7] *τὰ αὐτὰ τῷ Σίμωνι κατὰ τοῦ Θεοῦ λέγειν συνεργήσουσιν. καὶ ταῦτα εἰπὼν μετὰ δακρύων, τῇ χειρὶ προσεκαλεῖτο τοὺς ὄχλους, οἷς προσελθοῦσι τὰς χεῖρας ἐπιτιθεὶς*[8] *καὶ εὐχόμενος ἀπέλυεν, λέ-*

XXI. Quae postquam Petrus dixit, respondit Simon: quandoquidem video te callide significare, ea quae in libris adversus creatorem scripta sunt, non esse vera, crastino die ex Magistri tui verbis ostendam, ab eo dici, creatorem non esse supremum Deum. Et Simon his dictis abiit. At Petrus adstanti plebi ait: Simon, quamvis in nullo alio circa Deum nos possit laedere, at certe vobis impedimento est, ne audiatis sermones qui valent purgare animam. Haec Petro proferente ingens exortus est susurrus multitudinis, dicentis: Quae vero necessitas, sinendi eum huc ingredientem blasphemias contra Deum loqui? Et Petrus audiens dixit: Utinam non ultra Simonem protenderetur doctrina contra Deum, ad hominum tentationem illata. Erunt enim, sicut prolocutus est Dominus, pseudoapostoli, falsi prophetae, haereses, affectationes dominandi, quae, sicut conjicio, a Simone Deum blasphemante sumentes exordium, ad eadem cum Simone contra Deum proferenda cooperabuntur. Atque haec pronuncians cum lacrymis, manu advocavit multitudinem, quae cum accessisset, manus imposuit,

1. *ποτε ἐν* p. *ἐν ταῖς* C. Ad oram Cod. Ott. *νόθα κατὰ νόμον.*
2. *τὸ* C.
3. *λέγοντα εἶναι* = *λέγειν*. Alioquin aliquid mutandum esset in textu. S.
4. *γε* om. O.
5. *εἰπόντος* om. O.
6. Cfr. Credner, Beitr. I, 291. 318. S.
7. *τὸ* add. S probante O. — Hoc una voce laudant ecclesiastici scriptores, adeo ut personatus iste Petrus de eo, quo jam factum viderat, quasi futuro conjecturam fecerit. Vide sis Iren. I, 23, 2. III, Praef. et Eus. *H.E.* II, 13. C.
8. Ita S, *ἐπιτιθῶν* C. Ambigo de Ottoboniani scriptura truncata. Deinde *ὀρθριαίτερον* S O, *ὀρθρίτερον* C. *προσέρχεσθε* p. *συνέρχεσθαι* O.

γων ὀρθριαίτερον συνέρχεσθαι. ταῦτα εἰπὼν καὶ στενάζων εἰσελθὼν οὔτε τροφῆς μεταλαβὼν ὕπνωσεν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

I. *Τῆς μὲν οὖν ἄλλης ἡμέρας ὁ Πέτρος πρὸς Σίμωνα ζητεῖν μέλλων ὀρθριαίτερον*[1] *ἐξυπνισθεὶς ηὔξατο, καὶ ἅμα τῷ παύσασθαι ὁ Ζακχαῖος εἰσῄει λέγων· Σίμων ἔξω καθέζεται, μετὰ ἰδίων αὐτοῦ τινῶν ὡς τριάκοντα διαλεγόμενος. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἐάσθω*[2] *λαλεῖν, μέχρις ὅτε*[3] *πλῆθος γένηται, καὶ τότε ζητεῖν ἀρξώμεθα, ἵνα οὕτως ἡμεῖς τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα ἀκούσαντες, πρὸς αὐτὰ ἁρμοσάμενοι, ἐξελθόντες διαλεχθῶμεν. καὶ δὴ οὕτως ἐγένετο. ἐκβὰς οὖν καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν εἰσελθὼν ὁ Ζακχαῖος ἀντέβαλλε τῷ Πέτρῳ τοὺς ὑπὸ Σίμωνος κατὰ Πέτρου*[4] *ῥηθέντας λόγους.*

II. *Ἔλεγε δέ· αἰτιᾶταί σε, Πέτρε, ὡς κακίας ὄντα ὑπηρέτην, καὶ μαγείᾳ πολὺ δυνάμενον, καὶ εἰδωλολατρείας*[5] *χεῖρον τὰς τῶν ἀνθρώπων φαντασιοῦντα ψυχάς. εἰς τὸ μὲν οὖν μάγον εἶναί σε ταύτην ἐδόκει φέρειν ἀπόδειξιν, λέγων· σύνοιδα ἐμαυτῷ, ὅτι ὧν κατ' ἐμαυτὸν σκέπτομαι, ἐλθὼν συζητεῖν αὐτῷ, οὐδὲ ἕνα μνημονεύω λόγον. αὐτοῦ γὰρ διαλεγομένου, κἀμοῦ τὸν νοῦν ἀσχολοῦντος εἰς τὸ ἀναπολῆσαι, τίνα ἐστὶν ἃ ἐλογισάμην*

et precatus est, sicque dimisit, monens convenire maturius. Ista inquiens ac suspirans ingressus est, nec cibo sumpto ivit cubitum.

HOMILIA XVII.

I. Sequenti ergo die Petrus, cum Simone disceptaturus, maturius experrectus oravit. Simulque ac precem finivit, Zacchaeus ingressus est ac dixit: Simon extra sedet, cum quibusdam suis, circiter triginta, disserens. Et Petrus ait: sinatur loqui, donec multitudo conveniat, tuncque incipiamus quaestionem, ut sic, auditis quae ab eo dicta fuerint, ad ea aptantes nos, egressi disputemus. Atque eo modo factum est. Egressus igitur nec multo post reversus Zacchaeus Petro retulit sermones Simonis contra ipsum.

II. Dixit autem: accusat te, Petre, quasi malitiae ministrum, et magia multum valentem, ac hominum animas deterius idololatria fascinantem. Et quidem quod magus sis, hoc visus est afferre argumentum, dicendo: conscius mihi sum, me ne unius quidem verbi recordari ex iis quae cum eo disputaturus apud me perpendi. Nempe quando ipse disserit, et ego mentem applico, ut revocem in memoriam, quaenam sint quae cogitavi descendens ad collo-

1. Ita O c. S, *ὀρθρίτερον* C.
2. Pro *ἐάσθω* lacuna in O.
3. *ὅ του* (sic) p. *ὅτε* O. Tum p. *οὕτως* lacuna in eodem.
4. *κατὰ Πέτρου* D, *τῷ Πέτρῳ* C O. Deleri haec vbb. vult C.
5. *εἰδωλολατρίας* O.

ἐλθὼν λέγειν πρὸς αὐτόν, οὐδ' ὁτιοῦν ὧν λέγει ἐπακούω[1]. ἐπεὶ οὖν ἐπ' ἄλλου τινὸς τοιοῦτό τι οὐ πάσχω, ἢ ἐπ' αὐτοῦ μόνου, πῶς οὐχὶ μαγευόμενος ὑπ' αὐτοῦ τυγχάνω; τὸ δὲ ὅτι, ἃ[2] ἂν διδάσκῃ, εἰδωλολατρείας χείρονά ἐστιν, τῷ γε νοῦν ἔχοντι, ἐμοῦ μηνύσαντος σαφὲς ἔσται. οὐθὲν γὰρ ἕτερον ὠφεληθῆναί ἐστιν[3], ἢ τὸ τὴν ψυχὴν εἰδώλων παντοδαπῶν ἐλευθέραν γενέσθαι. φανταζομένη γὰρ εἶδος δεσμεῖται φόβῳ, καὶ φροντίδι τοῦ παθεῖν τι μαραίνεται, καὶ ἀλλοιουμένη δαιμονᾷ[4], καὶ δαιμονῶσα τοῖς πολλοῖς σωφρονεῖν δοκεῖ.

III. Τοῦτο ὑμῖν Πέτρος ὑποσχέσει τοῦ σωφρονίζειν παρέχει. προφάσει γὰρ ἑνὸς Θεοῦ δοκεῖ μὲν ὑμᾶς πολλῶν ἀψύχων ἀπαλλάσσειν εἰδώλων, ἃ οὐ πάνυ τοὺς σέβοντας ἀδικεῖ, τῷ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς[5] ὁρᾶσθαι λίθινα ὄντα ἢ χάλκεα ἢ χρύσεα[6] ἢ καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς ἀψύχου ὕλης. διὸ τῷ[7] εἰδέναι, ὅτι τὸ βλεπόμενον οὐδέν ἐστιν, οὐχ ὁμοίως τῷ ὁρατῷ ὑπὸ φόβου φαντασιοῦσθαι δύναται ἡ ψυχή. πλάνῳ δὲ διδασκαλίᾳ εἰς φοβερὸν Θεὸν ἀποβλέπουσα τῶν κατὰ φύσιν ἐκβαθρεύεται. καὶ ταῦτα ἐγὼ λέγω, οὐχ ὅτι ὑμᾶς εἴδωλα σέβειν παραινῶ, ἀλλ' ὅτι Πέτρος φοβερῶν ἰδεῶν[8] δοκῶν ἀπαλλάσσειν ὑμῶν τὰς ψυχάς, φοβερωτέρᾳ ἰδέᾳ[9] τὸν ἕκαστον ὑμῶν ἐνθουσιᾶν ποιεῖ νοῦν, Θεὸν ἐν μορφῇ εἰσηγούμενος, καὶ ταῦτα ἄκρως δίκαιον,

quium cum eo, nec quidquam eorum, quae dicit audio. Quando ergo nihil ejusmodi cum ullo alio patior, quam cum illo solo, qua ratione non sum ab eo incantatus? Illud vero, quod, quae docet, pejora sint idololatria, clarum erit mentem habenti, postquam indicavero. Nulla enim alia utilitas est, quam ut anima omnigenis idolis libera reddatur. Nam speciem imaginata timore ligatur, et credens se aliquid pati, elanguet, et alienatur, seu a Daemone insanit, ac daemoniaco furore correpta multis sobria videtur.

III. Id vobis Petrus praestat, pollicendo sapientes facere. Praetextu siquidem unius Dei videtur quidem liberare vos multis anima carentibus idolis, quae non multum nocent cultoribus, quod ipsis oculis cernuntur esse lapides, vel aenea, vel aurea, vel ex alia quadam inanima materia. Quare cum anima sciat, id quod cernitur, nihil esse, non simili modo per aspectabile a timore potest imaginationibus deludi. At fallaci doctrina decepta dum terribilem Deum respicit, ex iis quae natura habet excidit funditus. Atque haec dico, non quod idola colere suadeam, sed quia Petrus, dum videtur animas vestras eripere formidabilibus speciebus, mentem uniuscujusque vestrum formidabili idea reddit fanaticam, Deum in forma introducens, eumque summe justum, quam ideam

1. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu ἐπακούων.
2. ἃ conj. C approbante O: deest in Cod. Hom. Parisiensi: εἰδωλολατρίας O.
3. ὠφεληθῆναι ἔστιν S.
4. καὶ φρονοῦσα εὐπαθεῖν τι μαραίνεται καὶ ἀλλοιοῦται ἢ δαιμονᾷ C.
5. ὀφθαλμῷ O.
6. χαλκέα ἢ χρυσέα O.
7. τῷ S O, τὸ C.
8. εἰδεῶν C.
9. εἰδέᾳ C.

ᾧ ἕπεται τὸ φοβερὸν κα τῇ συννοούσῃ ψυχῇ τὸ φρικῶδες, δυνάμενον καὶ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν ἐκλῦσαι τοὺς τόνους. ἐν γὰρ τοιούτῳ καθεστὼς χειμῶνι ὁ νοῦς ὡς βυθὸς ὑπ'[1] ἀνέμου σφοδροῦ θολοῦται τὸ λαμπρόν. διὸ εἰ ἐπ' ὠφελείᾳ ὑμῶν προσέρχεται, μὴ ὑμῶν τοὺς ἐξ ἀψύχων μορφῶν ἠπίως[2] γινομένους φόβους ἐκλύειν δοκῶν φοβερὰν Θεοῦ ἀντεισφερέτω μορφήν. μορφὴν δὲ ἔχει Θεός[3]; εἰ δὲ ἔχῃ, ἐν σχήματί ἐστιν. ἐν σχήματι δὲ ὢν πῶς οὐ περιόριστός ἐστιν; περιόριστος δὲ ὢν ἐν τόπῳ ἐστίν. ἐν τόπῳ δὲ ὢν ἥττων ἐστὶ τοῦ περιέχοντος αὐτὸν τόπου. ἥττων δέ τινος ὢν πῶς πάντων ἐστὶν ὁ[4] μείζων ἢ κρείττων ἢ ἀνώτατος; καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

IV. Ὅτι δὲ ἀληθῶς οὐδὲ τὰ ὑπὸ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ ῥηθέντα πιστεύει, φανερόν ἐστιν. τὰ γὰρ[5] ἐναντία αὐτῷ κηρύσσει. ἐκείνου γὰρ εἰπόντος τινί, ὡς μανθάνω[6]· μή με λέγε ἀγαθόν, ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν· ἀγαθὸν δὲ εἰπὼν οὐκ ἔτι ἐκεῖνον λέγει τὸν δίκαιον, ὃν αἱ γραφαὶ κηρύσσουσιν, ὃς ἀποκτείνει[7] καὶ ζωοποιεῖ, ἀποκτείνει μὲν τοὺς ἁμαρτάνοντες, ζωοποιεῖ δὲ τοὺς κατὰ γνώμην αὐτοῦ βιοῦντας. ὅτι δὲ ὄντως οὐ τὸν δημιουργὸν ἔλεγεν ἀγαθόν, τῷ διανοηθῆναι δυναμένῳ σαφές ἐστιν. τοῦ γὰρ δημιουργοῦ ἐγνωσμένου καὶ τῷ πλασθέντι Ἀδάμ, καὶ τῷ εὐαρεστήσαντι αὐτῷ[8] Ἐνώχ, καὶ τῷ ὑπ' αὐτοῦ δικαίῳ ὁραθέντι Νῶε, ὁμοίως καὶ τῷ Ἀβραάμ

sequitur terror, et animae cogitantis horror, valens etiam rectae rationis vigorem solvere. In hac quippe procella animus constitutus velut mare a vehementi vento infuscatur et splendorem perdit. Quocirca si ad utilitatem vestram advenit, ne dum videtur timores vestros ex inanimatis formis leniter ortos resolvere, in locum eorum terribilem Dei formam inducat. An vero Deus habet formam? Quod si habet, in figura consistit. In figura autem consistens, quo modo non est circumscriptus? Et circumscriptus, in loco versatur. Caeterum in loco existens, minor est continente illum loco. Denique qui est aliquo minor, quo pacto major est omnibus, aut praestantior, aut supremus? Atque haec quidem ita.

IV. Quod autem vere neque quae a Magistro suo dicta sunt credat, manifestum est. Nam contraria ei praedicat. Scilicet ille, sicut audio, cuidam dixit: *ne me dicas bonum, bonus enim unus est.* Bonum vero aiens, non amplius illum inquit, qui justus est, quemque Scripturae praedicant, qui *occidit, et vivere facit,* occidit quidem peccatores, vivere autem facit eos qui secundum ejus voluntatem agunt. Porro quod revera Creatorem non dixit bonum, ei qui poterit considerare clarum erit. Cum enim Creator notus fuerit et Adamo qui ab eo formatus est, et Enocho qui ei placuit, et Noae qui ei justus

1. ὑπὸ O.
2. ἠπίους O. Tum recepi φόβους c. eod. et ex conject. Ci, in cujus Cod. deest.
3. ὁ θεός O, articulo quidem subnotato.
4. ἢ C.
5. δὲ O.
6. Matth. 19, 17.
7. ἀποκτέννει O, et paulo post.
8. αὐτῷ om. O.

καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ἀλλὰ καὶ Μωυσῇ καὶ λαῷ καὶ ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ Πέτρου Ἰησοῦς ἐλθὼν[1] ἔλεγεν[2]· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός, ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν[3] εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. εἰ οὖν αὐτὸς υἱὸς ἦν ὁ παρών, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας οἷς ἐβούλετο τὸν πᾶσιν ἄγνωστον ἀπεκάλυπτεν. καὶ οὕτως τοῖς πρὸ αὐτοῦ πᾶσιν ἄγνωστος ἦν ὁ πατήρ, οὐχ οὕτως[4] ὢν ὁ πᾶσιν ἐγνωσμένος.

V. Καὶ τοῦτο εἰπὼν Ἰησοῦς οὐδὲ αὐτὸς ἑαυτῷ συμφωνεῖ. ἐνίοτε γὰρ ἄλλαις φωναῖς τῶν ἀπὸ τῶν[5] γραφῶν φοβερὸν καὶ δίκαιον συνίστησι Θεὸν λέγων· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τοῦ ἀποκτείνοντος[6] τὸ σῶμα, τῇ δὲ ψυχῇ[7] μὴ δυναμένου τι ποιῆσαι· φοβήθητε δὲ τὸν δυνάμενον καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς βαλεῖν. ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε. ὅτι δὲ ὄντως τοῦτον φοβηθῆναι ἔλεγεν ὡς δίκαιον Θεόν, πρὸς ὃν καὶ ἀδικουμένους βοᾶν λέγει, παραβολὴν εἰς τοῦτο εἰπὼν ἐπάγει τὴν ἑρμηνείαν λέγων[8]· εἰ οὖν ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας ἐποίησεν οὕτως, διὰ τὸ ἑκάστοτε ἀξιωθῆναι, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτός; ἢ[9] διὰ τὸ μακροθυμεῖν αὐτὸν ἐπ' αὐτοῖς δοκεῖτε ὅτι οὐ ποιήσει; ναί[10], λέγω ὑμῖν, ποιήσει, καὶ ἐν τάχει. ὁ δὲ ἐκδι-

esse apparuit, similiter et Abrahamo, Isaaco, Jacobo, sed et Mosi, ac populo, totique mundo, magister ipsius Petri, Jesus, veniens dixit: *nemo novit Patrem, nisi Filius, sicut nec Filium quis novit, nisi Pater, et quibus vult Filius revelare.* Si ergo, qui advenit, ipse Filius erat, post suum adventum quibus voluit eum, qui cunctis incognitus erat, revelavit. Sicque omnibus ante eum ignotus erat Pater, proindeque non est ille omnibus cognitus.

V. Atque hoc dicens Jesus neque ipse secum consentit. Interdum enim aliis Scripturarum vocibus timendum ac justum commendat Deum, aiens: *nolite timere eum, qui occidit corpus, animae autem nihil potest facere; sed timete eum qui potest et corpus et animam in gehennam ignis mittere. Utique dico vobis, hunc timete.* Quod autem vere hunc timendum esse dixerit ut justum Deum, ad quem et injuria affectos ait clamare, parabolam ad eam rem proferens interpretationem subjungit, dicens: *si ergo judex iniquitatis ita fecit, quod saepissime rogaretur, quanto magis Pater faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte? An, quia patiens est erga illos, putatis quod non faciet? Profecto, dico vobis, faciet, et cito.* Caeterum qui vindicantem et remunerantem

1. πέτρος ἰσῶν ἐλθὼν p. Πέτρου Ἰησοῦς ἐλθὼν O: quae quidem vbb. lineola subnotata sunt.
2. Matth. 11, 27. Cfr. Credner, Beitr. I, 248. 314. Schwegler, Nachapost. Zeitalter I, 254. 20. S.
3. εἶδεν O. Dein βούληται S O, βούλεται C.
4. οὗτος O.
5. τὸν O.
6. ἀποκτέννοντος O. Matth. 10, 28.
7. τὴν ψυχὴν p. τῇ δὲ ψυχῇ O. Tum inserui δὲ c. eodem.
8. Luc. 18, 6.
9. εἰ O.
10. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu καί. Excidit ap. Cl et S.

κοῦντα καὶ ἀμειβόμενον λέγων Θεὸν δίκαιον αὐτὸν τῇ φύσει συνίστησιν, καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἔτι δὲ καὶ[1] *ἐξομολογεῖται τῷ κυρίῳ οὐρανοῦ καὶ γῆς*[2]. *εἰ δὲ κύριός ἐστιν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁμολογεῖται δημιουργός, δημιουργὸς δὲ ὢν δίκαιός ἐστιν. ποτὲ μὲν ἀγαθὸν λέγων, ποτὲ δὲ δίκαιον, οὐδ᾽ οὕτως συμφωνεῖ. τρίτον δὲ ὁ σοφὸς αὐτοῦ μαθητὴς ἐχθὲς*[3] *διισχυρίζετο, ἐνάργειαν ὀπτασίας ἱκανωτέραν εἶναι, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἡ ἐνάργεια*[4] *ἀνθρωπεία εἶναι δύναται, ἡ δὲ ὀπτασία θεότητος εἶναι ὁμολογεῖται.*

VI. *Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, Πέτρε, ὁ Σίμων τοῖς ὄχλοις ἔξω ἑστὼς καὶ*[5] *διαλεγόμενος, ταράσσειν μοι δοκεῖ τοὺς πλείονας. διὸ ἐξαυτῆς ἔξιθι, ἀληθείας δυνάμει τοὺς αὐτοῦ ψευδεῖς ἐκλύων λόγους. ταῦτα τοῦ Ζακχαίου εἰπόντος ὁ Πέτρος συνήθως εὐξάμενος ἐξῄει, καὶ εἰς τὸν πρὸ μιᾶς τόπον στάς, καὶ τῷ τῆς θεοσεβείας ἔθει προσαγορεύσας τοὺς ὄχλους, τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· ἀληθὴς ὢν προφήτης ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός*[6], *ὡς ἐπὶ καιροῦ καὶ περὶ τούτου πληροφορήσω, περὶ τῶν τῇ ἀληθείᾳ διαφερόντων συντόμως τὰς ἀποφάσεις ἐποιεῖτο, διὰ δύο ταῦτα*[7], *ὅτι πρὸς θεοσεβεῖς ἐποιεῖτο τὸν λόγον, εἰδότας τὰ ἀποφάσει ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκφερόμενα πιστεύειν· οὐδὲ γὰρ ἦν ξένα τῆς αὐτῶν συνηθείας τὰ λεγόμενα, δεύτερον δὲ ὅτι προθεσμίαν ἔχων κηρῦξαι τῷ τῆς ἀποδείξεως οὐκ ἐχρῆτο*

dicit Deum, justum eum natura confirmat, et non bonum. Praeterea confitetur Domino coeli et terrae. Quod si Dominus est coeli et terrae, admittitur esse Conditor; qui autem Conditor est, justus est. Aliquando bonum dicendo, aliquando justum, neque sic consonat. Tertium vero quid sapiens illius discipulus heri affirmabat, operationem visione potiorem esse, ignarus, evidentiam posse esse humanam, certum vero esse apud omnes, visionem ad Divinitatem pertinere.

VI. Haec atque his paria, Petre, Simon extra stans dum multitudini edisserit, plures mihi videtur conturbare. Quocirca exi statim, et vi veritatis falsos ejus dissolve sermones. Quibus a Zacchaeo dictis, Petrus pro more precatus egressus est, cumque in eodem loco, in quo superiori die, constitisset, ac ex religionis consuetudine populum salutasset, ita coepit loqui: Dominus noster Jesus Christus, utpote verus Propheta, (quemadmodum in tempore ea quoque de re demonstrationes afferam), circa ea, quae ad veritatem spectant, breves fecit sententias, propter haec duo, primum, quia ad pios loquebatur, scientes ab eo per sententiam prolata credere. Neque enim nova erant ad eorum consuetudinem, quae dicebantur. Secundo autem, quia habens praefi-

1. *καὶ* om. O.
2. Matth. 11, 25.
3. *χθές* O. Tum *ἐνάργειαν* conj. Cl, *ἐνέργειαν* C O.
4. *ἐνάργεια* ex conject. Cl, *ἐνέργεια* C O.
5. *καὶ* melius abesset. S.
6. *Χριστός* add. c. O.
7. Post *ταῦτα* excidit fortasse *πρῶτον μέν*. S.

λόγῳ, ἵνα μὴ εἰς λόγους[1] τὸν πάντα τῆς προθεσμίας δαπανῷ[2] χρόνον, καὶ οὕτως αὐτῷ συμβήσεται, εἰς ὀλίγων λόγων ἐπιλύσεις ἀσχολουμένῳ, τῶν ὑπὸ πόνου ψυχῆς νοεῖσθαι δυναμένων, τοὺς ἀληθείᾳ διαφέροντας μὴ ἐπὶ πλεῖον εἰσφέρειν[3] λόγους. ἐπειδὴ περὶ ὧν ἤθελεν ἀπεφαίνετο, ὡς λαῷ νοεῖν δυναμένῳ, ἀφ' ὧν ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς, οἳ ὁπότε κατὰ τὸ σπάνιον οὐκ ἐνοήσαμέν τι[4] τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων, ἰδίᾳ ἐπυνθανόμεθα, μὴ ἡμῖν τι τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων ἀνόητον[5] ᾖ.

VII. *Εἰδὼς* οὖν ἡμᾶς πάντα εἰδότας[6] τὰ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντα καὶ τὰς ἀποδείξεις παρασχεῖν δυναμένους, εἰς τὰ ἀμαθῆ ἔθνη ἀποστέλλων ἡμᾶς[7], βαπτίζειν αὐτοὺς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἐνετείλατο ἡμῖν πρότερον διδάξαι αὐτούς· ἀφ' ὧν ἐντολῶν αὕτη[8] πρώτη καὶ μεγάλη τυγχάνει, τὸ φοβηθῆναι κύριον τὸν Θεὸν καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν. Θεὸν δὲ φοβεῖσθαι ἐκεῖνον εἶπεν, οὗ οἱ ἄγγελοι[9] τῶν ἐν ἡμῖν ἐλαχίστων πιστῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἑστήκασι θεωροῦντες τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς διαπαντός. μορφὴν γὰρ ἔχει, διὰ πρῶτον καὶ μόνον κάλλος καὶ πάντα μέλη, οὐ διὰ χρῆσιν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ὀφθαλμοὺς ἔχει, ἵνα ἐκεῖθεν βλέπῃ[10]· πανταχόθεν γὰρ ὁρᾷ, τοῦ ἐν ἡμῖν βλεπτικοῦ πνεύματος ἀπαραβλήτως λαμπρότερος ὢν τὸ σῶμα[11], καὶ παν-

nitum praedicationis tempus probationibus non utebatur, ne in sermones omne illud temqus insumeret, sicque ei contigeret, ut dum occuparetur in interpretationibus paucorum verborum, quae cum labore animi possent intelligi, doctrinam veritatis non multum promoveret. Itaque de quibus volebat pronunciabat, ut populo valenti intelligere, ex quibus nos etiam sumus, qui quando (id quod raro accidit) ab eo dicta non percipiebamus, seorsum sciscitabamur, ne quid eorum quae dicebat nobis esset obscurum.

VII. Sciens ergo, nos cuncta ab eo prolata cognoscere, ac posse demonstrationes praebere, quando misit nos ad imperitas gentes, ut eos baptizaremus in remissionem peccatorum, praecepit, ut prius doceremus illos: ex quibus mandatis hoc primum et magnum est, timere Dominum Deum, et ipsi soli servire. Illum vero Deum timere jussit, cujus Angeli, qui sunt minimorum apud nos fidelium, in coelo stant, semper contemplantes faciem Patris. Formam enim habet, propter primam et solam pulcritudinem; habet omnia membra, non propter usum: non enim ideo habet oculos, ut inde videat, quia cernit undique, corpore incomparabiliter lucidior nostro visuali spiritu, et omni luce

1. λόγον O.
2. δαπανᾷ O.
3. ἐκφέρειν proponit S.
4. τι deesse vidit S: jam accessit ex O. Postea μὴ c. Credner, Beitr. I, 297; ἵνα uterque Hom. Cod., ἵνα μὴ conj. C.
5. μὴ ἀνόητον p. ἀνόητον O.
6. εἰδότας πάντα C.
7. Matth. 28, 19.
8. Ita O c. Cl, αὐτὴ C.
9. ἄγγελοι οἱ C. Matth. 18, 10.
10. βλέπει O.
11. ὄνομα pro σῶμα O, sed in marg. pr. man. γρ. ὄμμα.

τὸς στιλπνότερος, ὡς πρὸς σύγκρισιν αὐτοῦ τὸ ἡλίου φῶς λογισθῆναι σκότος. ἀλλ' οὐδὲ διὰ τοῦτο ὦτα ἔχει, ἵνα ἀκούῃ, πανταχόθεν γὰρ ἀκούει, νοεῖ, κινεῖ[1], ἐνεργεῖ, ποιεῖ. τὴν δὲ καλλίστην μορφὴν ἔχει δι' ἄνθρωπον, ἵνα οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ[2] αὐτὸν ἰδεῖν δυνηθῶσιν, ἵνα χαρῶσι δι' ἅ τινα[3] ταῦτα ὑπέμειναν. τῇ γὰρ αὐτοῦ μορφῇ ὡς ἐν μεγίστῃ σφραγῖδι τὸν ἄνθρωπον διετυπώσατο, ὅπως ἁπάντων ἄρχῃ καὶ κυριεύῃ, καὶ πάντα αὐτῷ δουλεύῃ. διὸ κρίνας εἶναι τὸ πᾶν αὐτόν, καὶ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ἀόρατος, ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος ὁρατός[4], ὁ αὐτὸν σέβειν θέλων τὴν ὁρατὴν αὐτοῦ τιμᾷ εἰκόνα, ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος. ὅ τι ἂν οὖν τις ποιήσῃ[5] ἀνθρώπῳ, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακόν, εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεται. διὸ καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ κρίσις πᾶσι κατ' ἀξίαν ἀπονέμουσα ἑκάστῳ προελεύσεται[6]. τὴν γὰρ αὐτοῦ μορφὴν ἐκδικεῖ.

VIII. Ἀλλὰ[7] ἐρεῖ τις· εἰ μορφὴν ἔχει, καὶ σχῆμα ἔχει καὶ ἐν τόπῳ ἐστίν· ἐν τόπῳ δὲ ὢν καὶ ὑπ' αὐτοῦ περιεχόμενος ὡς ἥττων, πῶς ὑπὲρ πάντα[8] ἐστὶ μέγας; πῶς δὲ καὶ πανταχῇ εἶναι δύναται, ἐν σχήματι ὤν; πρὸς τὸν ταῦτα λέγοντα πρῶτον ἔστιν εἰπεῖν· τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ αἱ γραφαὶ[9] φρονεῖν πείθουσι καὶ πιστεύειν, ἡμεῖς δὲ ἀληθεῖς γινώσκομεν τὰς

splendidior, adeo ut ei comparatum solis lumen pro tenebris reputetur. Sed nec ideo habet aures, ut audiat, quia omni ex parte audit, intelligit, movet, operatur, facit. Pulcerrimam autem formam habet propter hominem, quo mundi corde illum videre possint, ut pro iis quae passi sunt laetentur. Nam ad suam formam velut ad maximum sigillum hominem effinxit, ut omnibus imperaret ac dominaretur, et cuncta ei servirent. Quare arbitratus se esse omnia, suique imaginem esse hominem (ille enim inaspectabilis, imago autem illius homo visibilis): qui eum vult colere, aspectabilem ejus honorat imaginem, hoc est, hominem. Quod quisque ergo homini fecerit, sive bonum, sive malum, in Deum refertur. Quapropter et judicium ejus, cunctis pro merito retribuens, ad unumquemque perveniet. Nam sui formam ulciscitur.

VIII. Sed dicet aliquis: si formam habet, et figuram habet et in loco est; in loco autem exsistens, et ab ipso contentus velut minor, quo modo super omnia magnus est? Qua vero ratione ubique esse potest, qui est in figura? Ad ista objicientem primo responderi debet: haec de eo sentire ac credere Scripturae suadent. Nos autem veras earum sententias cognoscimus, quibus

1. κινεῖ deest in O.
2. τὴν καρδίαν O. Matth. 5, 28.
3. διὰ τίνα O.
4. ὁρατός addidi c. O: quae emendatio Davisii conject. ὁρατῇ p. ὁ ἄνθρωπος superfluam reddit.
5. ποιήσει C. Subinde ἄνθρωπον O.
6. Cotelerius haec vertit, quasi legi voluerit προσελεύσεται. S.
7. Ἀλλ' C, qui deinde exh. ἔχῃ.
8. πάντας O.
9. αἱ γραφαὶ et καὶ S addidit auct. C. Post πιστεύειν in O lacuna sequitur, cui al. man. inscripsit οἱ περὶ σίμονα. Vacuum tamen hoc additamento non expletur.

ἀποφάσεις[1] μαρτυρουμένας ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ κατὰ κέλευσιν τὰς ἀποδείξεις ὑμῖν[2] τοῦ οὕτως ἔχειν ἀνάγκη παρέχειν. πρῶτον δὲ περὶ τόπου ἐρῶ. καὶ Θεοῦ τόπος[3] ἐστὶ τὸ μὴ ὄν, Θεὸς δὲ τὸ ὄν· τὸ δὲ μὴ ὂν τῷ ὄντι οὐ συγκρίνεται. πῶς γὰρ τόπος ὢν εἶναι δύναται; ἐκτὸς εἰ μὴ δευτέρα χώρα εἴη, οἷον οὐρανός, γῆ, ὕδωρ, ἀήρ, καὶ εἰ ἄλλο τί ἐστι σῶμα, ὃ ἂν καὶ αὐτὸ πληροῖ[4] τὸ κενόν, ὃ διὰ τοῦτο κενὸν λέγεται, ὅτι οὐδέν ἐστιν. τοῦτο γὰρ αὐτῷ, τὸ οὐδέν, οἰκειότερον ὄνομα. τὸ γὰρ λεγόμενον κενόν τί ποτ' ὡς σκεῦός ἐστιν οὐδὲν ἔχον, πλὴν αὐτὸ τὸ σκεῦος· κενὸν ὂν οὐκ αὐτό ἐστι τόπος, ἀλλ' ἐν ᾧ ἐστὶν αὐτὸ τὸ κενόν, εἴπερ[5] σκεῦος ἔστιν. ἀνάγκη γὰρ πᾶσα τὸ ὂν ἐν τῷ μηδὲν ὄντι εἶναι. τοῦτο δέ, τὸ μὴ ὄν, λέγω ὃ ὑπό τινων τόπος λέγεται, οὐδὲν ὄν. οὐδὲν δὲ ὂν τῷ ὄντι πῶς συγκρίνεται; ἐκτὸς εἰ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις, ἵνα τὸ μὲν ὂν μὴ ᾖ, τὸ δὲ μὴ ὂν τόπος λέγηται[6]. εἰ δὲ καὶ ἔστι τι, πολλῶν παραδειγμάτων σπευδόντων ἐξ ἐμοῦ προελθεῖν εἰς ἀπόδειξιν ἑνὶ μόνῳ χρήσασθαι θέλω, ἵνα δείξω, ὅτι οὐ πάντως τὸ περιέχον τοῦ περιεχομένου κρεῖττόν ἐστιν. ὁ ἥλιος σχῆμά ἐστι περιφερὲς καὶ ὑπὸ ἀέρος ὅλος περιέχεται, ἀλλὰ τοῦτον ἐκλαμπρύνει, τοῦτον θερμαίνει, τοῦτον τέμνει, κἂν ἀπῇ αὐτοῦ, σκότῳ[7]

testimonium perhibuit Dominus noster Jesus Christus, propter cujus jussum necesse est ut vobis demonstremus ita habere. Ac primum de loco dicam. Et Dei locus est, quod non exsistit, Deus autem exsistens est, quod autem non exsistit, cum eo quod exsistit non comparatur. Quo modo enim locus ens esse potest? nisi si secundum spatium sit, velut coelum, terra, aqua, aër, et si aliquod aliud est corpus, quod illius repleat inane: quod ideo inane dicitur, quia nihil est. Hoc enim, *nihil*, nomen ei est magis proprium. Nam quod dicitur inane, instar est vasis quod nihil continet, praeter ipsum vas vacuum. Itaque cum inane sit, non locus est, sed in quo ipsum versatur vacuum, si quidem vas sit. Omnino enim oportet, ut quod exsistit, in eo sit quod nihil est. Id autem quod non exsistit voco illud, quod a nonnullis locus appellatur, cum nihil sit. Et quo pacto nihilum cum ente confertur? nisi forte e contrario, ut ens quidem non sit, id autem quod non exsistit, locus dicatur. Sin vero etiam est aliquid, cum multa exempla ad probationem exire ex me festinent, uno solo uti volo, ut ostendam, non statim continens contento esse praestantius. Sol figura orbicularis est, et ab aëre totus ambitur, attamen hunc illustrat, calefacit, secat: et, si ab eo abest, hic tenebris involvitur, et quae-

1. ἀποφάσεις ex margine Ottoboniani in text. posui.
2. ἡμῖν O.
3. O interpungit: ἐρῶ καὶ Θεοῦ τόπος.
4. αὐτοῦ πληροῦν C. πληροίη conj. S.
5. σκεῦος κενόν, εἴ περ p. σκεῦος κενὸν ὂν οὐκ αὐτό ἐστι τόπος, ἀλλ' ἐν ᾧ ἐστὶν αὐτὸ τὸ κενόν, εἴπερ C.
6. Ita O c. S, λέγεται C.
7. σκόπῳ Cler., non Cot., ut S minus accurate asserit.

περιβάλλεται, καὶ οὗ ἂν αὐτοῦ μέρους ἀπὼν[1] *γένηται, ὡς νεκρούμενον ψύχεται, ὑπὸ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀνατολῆς πάλιν φωτίζεται, καὶ ὅπου ἂν αὐτῷ περιθάλπηται*[2]*, καὶ κάλλει τῷ μείζονι κοσμεῖται. καὶ ταῦτα ποιεῖ τῇ αὐτοῦ μετουσίᾳ, τὴν οὐσίαν περιωρισμένην*[3] *ἔχων. τί οὖν ἔτι κωλύει τὸν Θεόν, ὡς τούτου καὶ πάντων δημιουργὸν καὶ δεσπότην ὄντα, αὐτὸν μὲν ἐν σχήματι καὶ μορφῇ καὶ κάλλει ὄντα, τὴν ἀπ' αὐτοῦ μετουσίαν ἀπείρως ἐκτεταμένην ἔχειν*[4]*;*

IX. *Εἷς οὖν ἐστιν ὁ ὄντως Θεός, ὃς ἐν κρείττονι μορφῇ προκαθέζεται, τοῦ ἄνω τε καὶ κάτω δὶς*[5] *[καθ]υπάρχων καρδία, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὥσπερ ἀπὸ κέντρου βρύουσα τὴν ζωτικὴν καὶ ἀσώματον δύναμιν, τὰ πάντα σύν τε ἄστροις καὶ νομοῖς*[6] *οὐρανοῦ, ἀέρος, ὕδατος, γῆς, πυρὸς καὶ εἰ ἄλλο τί ἐστιν, δείκνυται οὐσία ἄπειρος εἰς ὕψος, ἀπέραντος εἰς βάθος, ἀμέτρητος εἰς πλάτος, τρισεπάπειρος*[7] *τὴν ἀπ' αὐτοῦ ζωοποιὸν καὶ φρόνιμον ἐκ-*

cumque hujus pars solis expers est tamquam mortua frigescit, item ab illius ortu iterum illuminatur, atque, ubi ab illo fotus fuerit, tunc majori ornatur decore. Et haec ille facit per sui communicationem, circumscriptam habens substantiam. Quid ergo adhuc impedit Deum, ut solis omniumque creatorem et dominum, quo minus in figura, forma et pulcritudine exsistens, participationem sui in infinitum extensam habeat?

IX. Unus est ergo Deus revera, qui in praestantissima forma praesidet, bisque est superiorum ac inferiorum cor, quod et a se velut a centro profundit vitalem et incorpoream virtutem, omnia cum astris ac regionibus coeli, aëris, aquae, terrae, ignis, et si quid aliud est, ostenditurque esse substantia infinita altitudine, interminata profunditate, immensa latitudine, ter in infinitum

1. *ἀπὼν* S, *λάμπρον* C, *λαμπρὸν* O. Davisius ita locum corruptum emendat, ut scribat *ὃ ἂν αὐτοῦ μέρος ἄμοιρον* (ego malim *ἀλαμπὲς*) *γένηται*. S.

2. *παραθάλπηται* C.

3. *περιωρισμένην* O c. S, *περιορισμένην* C.

4. Ita O et in marg. C, qui in textu exh. *ἔχει*.

5. *δὶς* O et ex conject. C, cuj. Cod. *δείς*. Sequitur in O parvula lacuna, quam excipit *υπάρχων* sine spiritu. Ego propterea scripsi *[καθ]υπάρχων*. S censet, vocem *δὶς* esse delendam, atque ejus loco infra post *δύναμιν* addendam praepositionem *εἰς*. De sententia refert ad Baurium, Dreieinigkeitslehre I, 152.

6. *νομοῖς* conj. C, *μόνοις* uterque Hom. Cod.

7. *τρὶς* (Cod. *τρεῖς*) *ἐπ' ἄπειρον* conj. C, pro qua conjectura S proponit *τριπλῶς* vel *τρισσῶς* vel *τρισσόθεν*, interpunctionem, qua C. sensum loci perturbavit, pravissimam cum jure arguens. Ad oram Cod. Ottob. notatur: *ἐκ τούτων ἴσως ἔστι νοεῖν τὸ παρὰ τῷ ἁγίῳ Παύλῳ ἐν τῇ πρὸς τοὺς Ἐφεσίους ἐπιστολῇ, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος. Μᾶλλον δὲ ἐκ τῶν τοῦ Διονυσίου κεφ. θ'.* Et: *ὅτι ὁ θεὸς ὡς ἐν ἀπείρῳ μέσος ἐστὶ τοῦ πάντος ὑπάρχων ὅρος, συμφωνεῖ τοῦτο τῷ Διονυσίῳ ἐν κεφαλαίῳ περὶ τελείου καὶ ἑνὸς λέγοντι περὶ τοῦ θείου· καὶ πᾶσαν μὲν ἀπειρίαν ὁρίζον.* Ex adverso: *ἄπειρος αἰὼν εἰκὼν τοῦ θεοῦ. εἰς τοῦτο ὁρᾷ τὸ τῆς σοφίας ἐν β' κεφ. καὶ εἰκόνα τῆς ἀειδιότητος ἐποίησεν αὐτόν, ἤγουν ἄνθρωπον.* Postea: *καὶ ὁ Διονύ-*

ἐκτείνουσα φύσιν. τοῦτο οὖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πανταχόθεν ἄπειρον[1] ἀνάγκη εἶναι καρδίαν, ἔχον τὸν ὄντως ὑπὲρ πάντα ἐν σχήματι, ὅς, ὅπου πότ᾽ ἂν ᾖ, ὡς ἐν ἀπείρῳ μέσος ἐστίν, τοῦ παντὸς ὑπάρχων ὅρος. ἀπ᾽ αὐτοῦ οὖν ἀρχόμεναι αἱ ἐκτάσεις[2] ἐξ ἀπεράντων ἔχουσι τὴν φύσιν. ὧν ὁ μὲν ἀπ᾽ αὐτοῦ λαβὼν τὴν ἀρχὴν διικνεῖται[3] εἰς ὕψος ἄνω, ὁ δὲ εἰς βάθος κάτω, ὁ δὲ ἐπὶ δεξιάν, ὁ δὲ ἐπὶ λαιάν, ὁ δὲ ἔμπροσθεν, ὁ δὲ ὄπισθεν, εἰς οὓς αὐτὸς ἀποβλέπων ὡς εἰς ἀριθμὸν πανταχόθεν ἴσον[4] χρονικοῖς ἓξ διαστήμασι συντελεῖ[5] τὸν κόσμον, αὐτὸς ἀνάπαυσις ὢν καὶ τὸν ἐσόμενον ἄπειρον αἰῶνα εἰκόνα ἔχων, ἀρχὴ ὢν καὶ τελευτή. εἰς αὐτὸν γὰρ τὰ ἓξ ἄπειρα τελευτᾷ, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὴν εἰς ἄπειρον ἔκτασιν[6] λαμβάνει.

X. *Τοῦτό ἐστιν ἑβδομάδος μυστήριον.* αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ τῶν ὅλων ἀνάπαυσις, ὃς[7] τοῖς ἐν μικρῷ μιμουμένοις αὐτοῦ τὸ μέγα αὐτὸν χαρίζεται εἰς ἀνάπαυσιν. αὐτός ἐστι μόνος, πὴ μὲν καταληπτός, πὴ δὲ ἀκατάληπτος, πὴ δὲ ἀπέραντος[8], τὰς ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐκτάσεις ἔχων εἰς ἄπειρον. οὕτως[9] γὰρ καταληπτός ἐστι καὶ ἀκατάληπτος, ἐγγὺς καὶ μακράν, ὧδε ὢν κἀκεῖ, ὡς

vivificam et providam protendens divinam naturam. Hoc igitur ex illo undique infinitum necessario est cor, habetque in figura eum, qui vere cuncta superat, qui ubicumque fuerit, velut in infinito medius est, universique terminus. Ab eo igitur incipientes extensiones ex immensis habent naturam. Quorum alter quidem, ab eo initium accipiens, penetrat in altitudinem supra, alter vero in profunditatem infra, alter ad dextram, alter ad sinistram, alius ante, alius retro, in quos ipse respiciens tamquam in numerum undique aequalem sex temporis spatiis mundum perficit, cum ipse sit requies, futurumque immensum saeculum habeat imaginem, principiumque sit ac finis. In eum siquidem sex infinita desinunt, et ab eo infinitam capiunt extensionem.

X. Hoc est hebdomadis mysterium. Ipse enim est cunctorum requies, qui et imitantibus in exiguo magnum ejus opus se in requietem donat. Ipse est solus, modo quidem comprehensibilis, modo incomprehensibilis, modo sine limitibus, extensiones suas habens in infinitum. Hoc enim modo est comprehensibilis et incomprehensibilis, prope et longe, hic atque illic ex-

σιος οὕτως ἔφη· καὶ ἐξ αὐτῆς δηλονότι τῆς θείας ζωῆς καὶ αἱ ψυχαὶ τὸ ἀνώλεθρον ἔχουσιν.

1. Aliam hujus loci interpretationem proposuit Neander Gnost. Syst. p. 396. Interpungit enim non post *καρδίαν* sed post *εἶναι*, ut *ἄπειρον* praedicati locum obtineat. S. In cod. Ottoboniano interpungitur post *ἄπειρον* et *καρδίαν*.

2. Ita margo Ci, *ἐκστάσεις* uterque Hom. Cod.

3. *ἴσ. διϊκνεῖται* O in marg., *δείκνυται* in textu, ut C.

4. *ἴσον* C.

5. *συνετέλει* O.

6. Ita O et in marg. C, *ἔκστασιν* in textu.

7. *ὡς* C. Deinde *τὸ* c. O, ut legi vult Neander Gnost. Syst. p. 397; *τι* C.

8. Vbb. *πὴ δὲ ἀκατάληπτος, πὴ δὲ ἀπέραντος* accesserunt ex O.

9. *οὗτος* C.

μόνος ὑπάρχων. καὶ διὰ[1] *τοῦ πανταχόθεν ἀπείρου νοὸς τὴν μετουσίαν ἔχων, ἣν πάντων ἀναπνέουσαι αἱ ψυχαί, τὸ ζῆν ἔχουσιν· κἂν χωρισθῶσι τοῦ σώματος, καὶ*[2] *τὸν εἰς αὐτὸν εὑρεθῶσι πόθον ἔχουσαι, εἰς τὸν αὐτοῦ κόλπον φέρονται, ὡς*[3] *ἐν χειμῶνι ὥρας οἱ ἀτμοὶ τῶν ὀρῶν ὑπὸ*[4] *τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων ἑλκόμενοι φέρονται πρὸς αὐτὸν ἀθάνατοι. οἵαν οὖν στοργὴν συλλαβεῖν δυνάμεθα, ἐὰν τὴν εὐμορφίαν αὐτοῦ τῷ νῷ κατοπτεύσωμεν! ἄλλως δὲ ἀμήχανον. ἀδύνατον γὰρ κάλλος ἄνευ μορφῆς εἶναι, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ ἔρωτα ἐπισπᾶσθαί τινα, ἢ καὶ δοκεῖν Θεὸν ὁρᾶν εἶδος οὐκ ἔχοντα.*

XI. *Τινὲς δὲ τῆς ἀληθείας ἀλλότριοι ὄντες, καὶ τῇ κακίᾳ συμμαχοῦντες, προφάσει δοξολογίας ἀσχημάτιστον αὐτὸν λέγουσιν, ἵνα ἄμορφος καὶ ἀνείδεος*[5] *ὢν μηδενὶ ὁρατὸς ᾖ, ὅπως μὴ περιπόθητος γένηται. νοῦς γὰρ εἶδος οὐχ ὁρῶν Θεοῦ κενός ἐστιν αὐτοῦ. πῶς δὲ*[6] *καὶ εὔχεταί τις, οὐκ ἔχων πρὸς τίνα καταφύγῃ, εἰς τίνα ἐρείσῃ*[7]*; ἀντιτυπίαν γὰρ οὐκ ἔχων εἰς κενὸν ἐκβαθρεύεται. ναί, φησίν, οὐ χρὴ Θεὸν φοβεῖσθαι, ἀλλὰ ἀγαπᾶν. φημὶ κἀγώ. ἀλλὰ τοῦτο παρέξει ἑκάστης εὐποιΐας εὐσυνειδησία. ἡ δὲ εὐ-*

sistens, ut qui solus sit. Et per infinitae undecumque mentis participationem, qua cunctorum animi respirant, vivere habent; et si separentur a corpore, atque in Deum amorem habere inveniantur, in illius feruntur sinum, sicut hiberno tempore vapores montium, a solis radiis tracti, ad eum feruntur perpetui. Quam ergo caritatem concipere possumus, si praeclaram illius formam mente intuemur! Aliter autem fieri nequit. Impossibile enim est, ut sit pulcritudo sine forma, utque aliquem ad sui dilectionem pertrahat, aut ut quis speret Deum videre carentem forma.

XI. Quidam vero alieni a veritate et malitiae socii praetextu laudationis Deum figurae expertem aiunt, ut forma et specie carens, nemini aspectabilis sit, ne exoptatus fiat. Mens quippe non intuita Dei speciem vacua illo est. Et qua ratione precetur aliquis, non habens ad quem confugiat, in quem innitatur? Nam renixum non habens, in inani funditus corruit. Nae, inquit, non oportet Deum timere, sed amare. Fateor. Verum id praestabit uniuscu-

1. *διὰ* addidi auctore Davisio. Retinet vulgatam lectionem Neander, l. c. p. 397, dum ad *τὴν μετουσίαν* supplet *διδούς*. S. Deinde scripsi *μετουσίαν ἔχων, ἣν* c. O, *μετουσίαν, ἣν* C, *μετουσίαν, ᾗ* S auctore D, qui etiam mavult *πάντως* p. *πάντων*, interpunctione facta non post *αἱ ψυχαί*, sed post *ἀναπνέουσιν* (*ἀναπνέουσαι* C O).

2. *καὶ εἰ* O.

3. O in marg. *καὶ* cum signo ad locum ante *ὡς* referente. Ego maluerim *ὡς καί*. S leg. censet *χειμῶνος ὥρᾳ*.

4. *ἀπὸ* Cl et S. Distinctionem forte praeponendam esse voci *ἀθάνατοι* putat C, ut per hyperbaton referatur ad animas, vel virgulam ponendam post *ἑλκόμενοι*. S illam vocem a librario quodam adscriptam esse opinatur. In O ad oram *νόθα περὶ μορφῆς θεοῦ*, ad sequentia spectans.

5. *ἀνίδεος* O.

6. *πῶς δὲ* om. O.

7. *ἐρείσει* O.

ποιΐα ἐκ τοῦ φοβεῖσθαι γίνεται. ἀλλ' ὁ φόβος, φησίν, ἐκπλήσσει τὴν ψυχήν. ἀλλ' ἐγώ φημι ὅτι οὐκ ἐκπλήσσει, ἀλλ' ἐξυπνίζει καὶ ἐπιστρέφει. ἴσως δὲ ὀρθῶς ἐλέγετο μὴ δεῖν Θεὸν φοβεῖσθαι, εἰ μὴ πολλὰ ἕτερα οἱ ἄνθρωποι ἐφοβούμεθα, λέγω δὲ [1] τὰς ἐκ τῶν ὁμοίων ἐπιβουλάς, ἔτι τε θηρία, ἑρπετά, νόσους, πάθη, δαίμονας καὶ ἄλλα μυρία. ὁ οὖν ἡμᾶς ἀξιῶν μὴ φοβεῖσθαι Θεόν, τούτων ἡμᾶς ῥυσάσθω, ἵνα μηδὲ ταῦτα φοβώμεθα. εἰ δὲ οὐ δύναται, τί ἡμῖν φθονεῖ [2], ἑνὶ φόβῳ, τῷ πρὸς τὸ δίκαιον, μυρίων ἀπαλλαγῆναι φόβων, καί [3] βραχείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν πίστει μυρία πάθη καὶ ἑαυτῶν καὶ ἄλλων μετατιθέναι δυνατὸν γενέσθαι, μετὰ τοῦ καὶ ἀμοιβὴν ἀγαθῶν προσδέχεσθαι, καὶ αἰτίᾳ φόβου τοῦ πάντα ὁρῶντος Θεοῦ μηδὲν κακῶς [4] πράσσοντας καὶ ἐν τῷ παρόντι ἐν εἰρήνῃ διατελεῖν.

XII. Οὕτως ἡ πρὸς τὸν ὄντως δεσπότην εὐγνώμων δουλεία τοὺς λοιποὺς [5] πάντας ἐλευθέρους τίθησιν. εἰ μὲν οὖν τινὶ δυνατόν ἐστι, ἄνευ τοῦ φοβεῖσθαι τὸν Θεὸν μὴ ἁμαρτάνειν, μὴ φοβείσθω [6]. ἔξεστι γὰρ ἀγάπῃ τῇ πρὸς αὐτὸν ὃ αὐτῷ μὴ δοκῇ [7] μὴ πράττειν. καὶ γὰρ φοβηθῆναι γέγραπται, καὶ ἀγαπᾶν παρήγγελται· ἵνα πρὸς τὴν αὐτοῦ ἕκαστος κρᾶσιν ἐπιτηδείῳ χρήσηται φαρμάκῳ. φοβεῖσθε οὖν αὐτὸν [8], ὅτι δίκαιός ἐστιν. εἴτε

jusque boni operis bona conscientia. At bene operari oritur ex timore. Sed, ait, timor percellit animam. Contra ego, non percellit, inquam, at expergefacit ac convertit. Forte vero recte diceretur non oportere Deum vereri, nisi nos homines multa alia metueremus: dico autem similium insidias, ad haec feras, serpentes, morbos, calamitates, Daemones aliaque infinita. Qui ergo a nobis postulat, ut non timeamus Deum, nos iis liberet, quo neque ea metuamus. Quod si non potest, quid impedit, quo minus per unum erga justitiam timorem mille eripiamur terroribus, et per brevem erga Deum fidem innumeras et nostras et aliorum perpessiones transferamus, insuperque accipiamus bonorum mercedem, atque propter timorem cuncta conspicientis Dei, nihil mali agentes, etiam in hac vita degamus cum pace?

XII. Sic grata in verum Dominum servitus reliquos omnes in libertate constituit. Si ergo potest quis absque timore Dei non peccare, ne timeat. Licet enim caritate erga eum, quod ipsi displiceat, non facere. Etenim, ut timeatur, scriptum est, et, ut diligatur, praeceptum est, quo unusquisque pro temperie sua convenienti utatur remedio. Timete ergo illum, quia est justus.

1. δή S. Tum δὲ p. τε C.
2. De hoc loquendi modo D confert Hom. XVIII, 12. Tum εἰ δ' O. S mavult πρὸς τόν, propter αὐτόν, quod sequitur.
3. καὶ adjunxi c. O.
4. κακὸν C.
5. τοῖς λοιποῖς conj. C, τῆς λοιπῆς (sc. δουλείας) commendat D, τοῦ λοιποῦ proponit S.
6. Ita O c. marg. Ci, in cuj. textu (Ed. 1672) μὴ φοβεῖσθαι.
7. In O αὐτὸ rec. man. correctum in vulg. Idem δοκεῖ.
8. φοβεῖσθαι οὖν αὐτόν ἐστιν.

οὖν φοβούμενοι, εἴτε ἀγαπῶντες, μὴ ἁμαρτάνετε. γένοιτο δὲ φοβούμενόν τινα ἡδονῶν ἀνόμων κρατεῖν δύνασθαι, ἀλλότρια μὴ ἐπιθυμεῖν, φιλανθρωπίαν ἀσκεῖν, σωφρονεῖν, δικαιοπραγεῖν. ὁρῶ γάρ τινας ἀτελεῖς τῷ πρὸς αὐτὸν φόβῳ[1] πλεῖστα ἁμαρτάνοντας. φοβηθῶμεν οὖν τὸν Θεόν, μὴ μόνον ὅτι δίκαιός ἐστιν. ἐλεῶν γὰρ τοὺς ἠδικημένους τιμωρεῖ τοὺς ἠδικηκότας. ὡς οὖν ὕδωρ πῦρ σβέννυσιν, οὕτως καὶ φόβος τὴν τῶν κακῶν ἐπιθυμίαν ἀναιρεῖ. ὁ ἀφοβίαν διδάσκων οὐδ' αὐτὸς φοβεῖται, ὁ δὲ μὴ φοβούμενος οὐδὲ κρίσιν ἔσεσθαι πιστεύει, τὰς ἐπιθυμίας αὔξει, μαγεύει, ἄλλους ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει διαβάλλει.

XIII. Ταῦτα ὁ Σίμων ἀκούων ἐπικόψας ἔφη· οἶδα πρὸς τίνα ταῦτα λέγεις, ἀλλ' ἵνα μὴ αὐτὸς τὰ αὐτὰ λέγων πρὸς τὸ ἐλέγχειν σε δαπανῶ τὸν χρόνον εἰς ἃ μὴ θέλω, πρὸς τὰ ὁρισθέντα ἡμῖν ἀπόκριναι[2]. ἐπηγγείλω, ἱκανῶς νενοηκέναι σε τὰ τοῦ διδασκάλου σου λέγων, διὰ τὸ παρόντα ἐναργείᾳ[3] ὁρᾶν καὶ ἀκούειν αὐτοῦ, καὶ ἑτέρῳ τινὶ μὴ δυνατὸν εἶναι ὁράματι ἢ ὀπτασίᾳ ἔχειν τὸ ὅμοιον. ὅτι δὲ τοῦτο ψεῦδός ἐστιν, δείξω. ὁ ἐναργῶς ἀκούων τινὸς οὐ πάνυ πληροφορεῖται ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. ἔχει γὰρ ὁ νοῦς αὐτοῦ λογίσασθαι, μὴ ἄρα ψεύδεται, ἄνθρωπος ὢν τὸ φαινόμενον. ἡ δὲ ὀπτασία ἅμα τῷ ὀφθέντι[4] πίστιν παρέχει τῷ ὁρῶντι, ὅτι θειότης ἐστίν. πρὸς τοῦτό μοι πρῶτον ἀπόκριναι.

Sive igitur veriti, sive diligentes, ne peccetis. Utinam autem timens aliquis illicitis cupiditatibus dominetur, aliena non desideret, humanitatem exerceat, temperans sit, juste agat. Video enim nonnullos in timore ejus imperfectos plurima peccare. Itaque metuamus Deum, nec tantum quia justus est. Nam injuria affectorum misertus injuriam inferentes punit. Sicut igitur aqua exstinguit ignem, ita et timor cupiditatem malorum evertit. Qui timoris vacuitatem docet, neque ipse timet: qui vero non timet, neque judicium fore credit, cupiditates auget, magus est, alios in iis, quae ipse facit, criminatur.

XIII. His auditis, Simon interrumpens ait: scio ad quem ista dicas: sed ne ego eadem ad te redarguendum loquens tempus impendam in quae nolim, ad nobis definita responde. Gloriatus es, ac dixisti, te abunde intelligere Magistri tui res, quoniam praesens vidisti ac audiisti eum evidenter, nec posse quempiam alium simile quid per spectrum aut visionem habere. Quod vero hoc falsum sit ostendam. Qui clare audit aliquem, non omni ex parte persuadetur de dictis. Habet enim mens ejus cogitare, num ille mentiatur, ut pote homo, secundum quod apparet. At visio, simul ac contigit, fidem facit cernenti, quod Divinitas sit. Ad hoc mihi primum responde.

1. Usus requirit τοῦ — φοβοῦ. S.

2. ἀπόκριναι conj. C, ἀποκρίνασθαι uterque Hom. Cod.

3. Ita Cl, ἐνεργείᾳ C O.

4. ὀφθῆναι C. θεότητος p. θειότης commendat S. Cfr. Hom. XVII, 5.

XIV. *Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη*[1]· *εἰς ἄλλο προτείνας εἰπεῖν, εἰς ἕτερον ἀπεκρίνου*[2]. *προέτεινας γὰρ ὡς μᾶλλον δύνασθαί τινα*[3] *πλεῖον νοεῖν [καὶ πίστιν λαμβάνεσθαι] παρ' ὀπτασίας ἀκούοντα, ἢ γὰρ παρὰ τῆς ἐναργείας [ἀκούοντα,] ἐπιβαλὼν δὲ ἔπειθες ἡμᾶς, ὅτι ἀσφαλέστερός ἐστιν ὁ ὑπ' ὀπτασίας ἀκούων τοῦ παρ' αὐτῆς*[4] *ἐναργείας ἀκούοντος. πέρας γοῦν διὰ τοῦτο ἐμοῦ ἱκανώτερον ἔφασκες εἰδέναι τὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς ὑπὸ ὀπτασίας αὐτοῦ ἀκηκοὼς τὸν λόγον. πλὴν ἐγὼ εἰς τὸ ἀπαρχῆς προταθὲν ἀποκριναίμην*[5]. *ὁ προφήτης, ὅτι προφήτης ἐστίν, πληροφορήσας πρῶτον περὶ τῶν ἐναργῶς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων, ἀσφαλῶς πιστεύεται, καὶ*[6] *ἀληθὴς ὢν προεπιγνωσθείς, καί, ὡς ὁ μανθάνων θέλει, ἐξετασθεὶς καὶ ἀνακριθεὶς ἀποκρίνεται. ὁ δὲ ὀπτασίᾳ πιστεύων ἢ ὁράματι καὶ ἐνυπνίῳ, ἐπισφαλής ἐστιν. ἀγνοεῖ γὰρ τίνι πιστεύει. ἐνδέχεται γὰρ αὐτὸν ἢ δαίμονα κακὸν εἶναι, ἢ πνεῦμα πλάνον, ἐν τῷ λέγειν ὑποκρινόμενον εἶναι ὃ μή ἐστιν. εἰ δ' ἄρα*[7] *τις βουληθείη πυνθάνεσθαι τὸ τίς ἂν ᾖ ὁ φανείς, δύναται λέγειν ἑαυτῷ ὃ βούλεται. καὶ οὕτως ὡς πονηρὸς ἀστράψας, μείνας ὅσον θέλει, ἀποσβέννυται, μὴ παραμείνας τῷ πυνθανομένῳ εἰς ἀνάκρισιν ὅσον ἠθέλησεν. διὰ δὲ ἐνυπνίων ὁρῶν τις*[8] *οὐδὲ πυνθάνεσθαι δύναται περὶ ὧν βούλεται. οὐ γὰρ ἰδίας ἐξουσίας ἐστὶν ὁ λογισμὸς τοῦ κοιμωμένου. ἔνθεν γοῦν πολλὰ*

XIV. Et Petrus ait: aliud proposuisti dicere, et aliud locutus es. Proposuisti enim, quod possit aliquis audiens plus intelligere et in rerum fidem venire per visionem, quam per evidentiam, aggressus autem suadebas tutiorem esse eum, qui in visione audit, illo, qui audit per evidentiam. Denique ideo te potentiorem dicebas res Jesu cognoscere, quam ego, ut qui ipsius verba per visionem audiisses. Verum ego ad id, quod primitus propositum est, respondebo. Propheta, quia propheta est, primo certitudinem dans de iis, quae clare dicit, tuto creditur, praecognitus verus esse, ac, quemadmodum qui docetur cupit, inquisitus et interrogatus respondet. Qui vero visioni credit aut spectro et insomnio, incertus est. Ignorat enim cui credat. Nam potest esse aut malus Daemon, aut spiritus fallax, qui in verbis simulat esse quod non est. Sin autem quis velit percontari, quisnam sit qui apparuit, potest sibi, quidquid vult, dicere. Sicque tamquam malus, ubi coruscavit, mansitque quantum voluit, exstinguitur, nec permanet cum sciscitante ad interrogationem, quantum hic vult. Per insomnia vero qui videt, neque percunctari potest, de quibus lubet. Ne-

1. *ἔφη* om. O.
2. *ἀπεκρίνω;* O.
3. In O *τινα διά*, quas voces excipit unius versus lacuna; jam sequitur: *παρ' ὀπτασίας*. Idem Cod. unius vocis vacuum praebet inter *ἐναργείας* et *ἐπιβαλών*. Utramque lacunam conjectando explevi.
4. *παρ' αὐτοῦ τῆς* O.
5. *ἀποκρίνομαι* O.
6. *καὶ* inserui c. O.
7. *ἢ ἄρα* C, *εἰ ἄρα* D. *ᾖ* ante *ὁ* add. c. O.
8. *ὁρῶντες* p. *ὁρῶν τις* O.

ἡμεῖς ὕπαρ ἐπιθυμοῦντες[1] *μαθεῖν κατ' ὄναρ περὶ ἑτέρων πυνθανόμεθα, ἢ καὶ μὴ πυνθανόμενοι περὶ τῶν μὴ διαφερόντων ἡμῖν ἀκούομεν, καὶ διυπνισθέντες ἀθυμοῦμεν, ὅτι περὶ ὧν ἐπεθυμοῦμεν*[2] *μαθεῖν, οὔτε ἠκούσαμεν, οὔτε ἐξητάσαμεν*[3].

XV. *Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· εἰ φῇς τὰς ὀπτασίας μὴ πάντως ἀληθεύειν, ἀλλ' οὖν γε τὰ ὁράματα καὶ τὰ ἐνύπνια θεόπεμπτα ὄντα οὐ ψεύδεται, περὶ ὧν ἂν εἰπεῖν θέλῃ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὀρθῶς ἔφης, ὅτι θεόπεμπτα ὄντα οὐ ψεύδεται. ἄδηλον δὲ εἰ ὁ ἰδὼν*[4] *θεόπεμπτον ἑώρακεν ὄνειρον. καὶ ὁ Σίμων· ἐὰν ᾖ ὁ ἑωρακὼς δίκαιος, ἀληθὲς ἑώρακεν. καὶ ὁ Πέτρος· ὀρθῶς ἔφης. τίς*[5] *δὲ δίκαιος, εἰ ὁράματος χρήζῃ*[6], *ἵνα μάθῃ ἃ δεῖ μαθεῖν, καὶ ποιῇ ἃ δεῖ ποιεῖν; καὶ ὁ Σίμων· τοῦτό μοι δός, ὅτι μόνος ὁ δίκαιος ὅραμα ἀληθὲς ἰδεῖν δύναται, καὶ ἀποκρίνομαί σοι εἰς αὐτό. ἐμοὶ γὰρ κέκριται, ὅτι ἀσεβὴς ἀληθῆ ὄνειρον οὐχ ὁρᾷ. καὶ ὁ Πέτρος· τοῦτο ψεῦδός ἐστιν, καὶ περὶ τούτου ἀγράφως καὶ ἐγγράφως ἀποδεῖξαι δύναμαι, πεῖσαι δὲ οὐκ ἐπαγέλλομαι. ὁ γὰρ πρὸς ἔρωτα μοχθηρᾶς νεύσας γυναικὸς εἰς ἑτέρας κατὰ πάντα καλῆς πρὸς*[7] *συμβίωσιν νόμιμον τὸν ἑαυτοῦ οὐ μετατίθησι νοῦν· ἐνίοτε καὶ ἑαυτοῖς συνειδότες τὴν κρείττονα, προειλημ-*

que enim in propria potestate sita est cogitatio dormientis. Inde igitur vigilando nos discendi avidi, multa in somnis de aliis quaerimus, vel non requirentes audimus res ad nos nequaquam pertinentes, et e somno excitati dolemus, nos de iis quae scire avebamus neque audiisse neque explorasse.

XV. Ac Simon: si dicas visiones non omnino vera praedicare, attamen visa et insomnia, quae a Deo mittuntur, falsa non sunt in rebus quas vult proloqui. Petrus ait: recte dixisti, quod non falsa proferant quae a Deo mittuntur. Verum incertum est, an qui vidit somnium a Deo missum conspexerit. Tum Simon: si justus sit ille qui vidit, verum intuitus est. Et Petrus: probe locutus es. Quis vero justus, si viso indigeat ad discenda quae discere oportet, et facienda quae fieri debent? Atque Simon: hoc mihi concede, quod solus justus verum visum possit cernere, et ad illud tibi respondeo. Mihi enim exploratum est, verum somnium ab impio non videri. Tum Petrus: hoc falsum est. Atque ea de re sine Scripturis et per Scripturas possum afferre demonstrationem, persuadere autem non polliceor. Nam qui in amorem pravae mulieris propendet, in alterius undique praeclarae dilectionem ad legitimum convictum non transfert animum. Et aliquando, qui sunt sibi conscii praestantioris

1. *οἱ παρεπιθυμοῦντες* p. *ὕπαρ ἐπιθυμοῦντες* C.
2. *ἐπεθυμοῦμεν* O, ut conj. S, *ἐπιθυμοῦμεν* C.
3. *ἐζητήσαμεν* conj. Schliemannus Clem. p. 191. 569. S.
4. *εἰδὼν* O.
5. Pro *τίς* O praebet lacunam.
6. *χρήζει* O. Tum *ποιῇ* ex conject. Ci, *ποιεῖν* uterque Hom. Cod.
7. Non legitur *πρὸς* in Turriani Epistola liminari ad Hosium, ubi locum citat. C. Deest etiam in Ottob.

μένοι ἀγαπῶσι τὴν χείρονα. τοιοῦτόν τι καὶ σὺ πάσχων ἀγνοεῖς. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· παρελόμενος ταῦτα, εἰς ἃ ἐπηγγείλω λέγε. ἐμοὶ γὰρ ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ ἀσεβεῖς ἀνθρώπους ὑπὸ Θεοῦ ᾧ δήποτε ὀνειροπολεῖσθαι τρόπῳ.

XVI. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· μέμνημαι ἐμαυτοῦ, ὡς ἐπηγγειλάμην δεῖξαι, καὶ ἀγράφως καὶ ἐγγράφως περὶ τούτου τὴν ἀπόδειξιν παρέχειν. καὶ νῦν λέγοντος ἄκουε, ἴσμεν πολλούς, εἴ γε εὐγνωμονεῖς (ἐπεί γε τοὺς παρεστῶτας κριτὰς ἔχω), εἴδωλα σέβοντας καὶ μοιχεύοντας καὶ κατὰ πάντα ἁμαρτάνοντας ὁράματα καὶ ἀληθεῖς ὀνείρους ὁρῶντας, ἐνίους δὲ καὶ δαιμόνων ὀπτασίας. τὴν γάρ[1] ἄσαρκον ἰδέαν οὐ λέγω δύνασθαι πατρὸς ἢ υἱοῦ ἰδεῖν, διὰ τὸ μεγίστῳ φωτὶ καταυγάζεσθαι τοὺς θνητῶν ὀφθαλμούς. ὅθεν τὸ μὴ ὁραθῆναι τῷ εἰς σάρκα τετραμμένῳ ἀνθρώπῳ οὐ φθονοῦντός ἐστι Θεοῦ, ἀλλ' ἐλεοῦντος[2]. ὁ γὰρ ἰδὼν ζῆν οὐ δύναται. ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τοῦ φωτὸς τὴν τοῦ ὁρῶντος ἐκλύει σάρκα, ἐκτὸς εἰ μὴ Θεοῦ ἀπορρήτῳ δυνάμει ἡ σὰρξ εἰς φύσιν τραπῇ φωτός, ἵνα φῶς ἰδεῖν δυνηθῇ, ἢ ἡ τοῦ φωτὸς οὐσία εἰς σάρκα τραπῇ, ἵνα ὑπὸ σαρκὸς ὁραθῆναι δυνηθῇ. τὸ γὰρ ἀτρέπτως πατέρα ἰδεῖν υἱοῦ μόνου ἐστίν. δικαίων[3] δὲ οὐχ ὁμοίως· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν, ὅταν[4] τραπέντες εἰς φῶς τὰ σώματα ἰσάγγελοι γένωνται, τότε ἰδεῖν δυνήσονται. πέρας γοῦν κἂν ἀγγέλων τις ἀνθρώπῳ ὀφθῆναι πεμφθῇ, τρέπεται εἰς σάρκα, ἵνα ὑπὸ σαρκὸς ὀφθῆναι

feminae, occupati deteriorem diligunt. Tale quid tu quoque pateris ac ignoras. Dixit Simon: his sublatis, loquere quae promisisti. Mihi namque videtur impossibile, ut impii homines a Deo somnia ullo modo cernant.

XVI. Et Petrus: Mei, inquit, sum memor, quod promiserim ostendere, et ea de re absque Scripturis ac per Scripturas demonstrationem exhibere. Et nunc loquentem audi. Novimus multos (si quidem aequo animo accipis, alioquin adstantes judices habeo) idolorum cultores et adulteros ac omnino peccatores conspexisse visa atque vera somnia, nonnullos vero Daemonum visiones. Non enim dico a mortalium oculis videri posse incorpoream Patris aut Filii speciem, quia maximo lumine resplendet. Unde ab homine in carnem converso non cerni, non est invidentis Dei, sed miserantis. Nam qui viderit, vivere non potest. Luminis quippe exsuperantia cernentis dissolvit carnem, praeterquam si Dei ineffabili virtute caro vertatur in luminis naturam, quo possit lumen videre, aut luminis substantia in carnem mutetur, ut possit videri a carne. Nam Patrem intueri absque conversione, ad solum Filium pertinet. Ad justos autem non simili modo. In resurrectione enim mortuorum, quando corporibus mutati in lumen erunt Angelis aequales, tunc poterunt cernere. Denique et si Angelorum aliquis, ut videatur ab homine, missus fuerit, mutatur in carnem, ut per carnem cerni possit. Incorpoream siquidem virtutem

1. γὰρ transcripsi ex O. Tum εἰδέαν C. marginalis φεῦγε νόθα ταῦτα ad Vbb. antecedentia spectans.
2. ἐῶντος C.
3. Ita S, δίκαιοι C O. In O nota
4. ὅτ' ἂν C.

δυνηθῇ. ἄσαρκον γὰρ δύναμιν, οὐ μόνον υἱοῦ, ἀλλ'[1] οὐδ' ἀγγέλου ἰδεῖν τις δύναται. εἰ δὲ ἴδῃ τις ὀπτασίαν, κακοῦ δαίμονος ταύτην εἶναι νοείτω.

XVII. Πλὴν ὅτι καὶ ἀσεβεῖς ὁράματα καὶ ἐνύπνια ἀληθῆ βλέπουσιν, δῆλόν ἐστιν, καὶ ἐγγράφως ἀποδεῖξαι δύναμαι. πέρας γοῦν ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὡς ὁ Ἀβιμέλεχ, ἀσεβὴς ὤν, τὴν τοῦ δικαίου Ἀβραὰμ γυναῖκα ἐπὶ κοινωνίᾳ μιᾶναι θελήσας, ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνον, ὡς ἡ γραφὴ λέγει, μὴ θιγεῖν[2] αὐτῆς, ὅτι ἀνδρὶ συνῳκηκυῖά ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Φαραώ, ἀσεβὴς ἀνήρ, ἑώρακεν ὄνειρον περί τε πυρῶν εὐφορίας καὶ ἀφορίας, ᾧ ὁ[3] Ἰωσὴφ ἐπιλύων παρὰ Θεοῦ ἔφη τὸν ὄνειρον γεγενῆσθαι. Ναβουχοδονόσορ δέ, ὁ εἴδωλα σέβων, καὶ τοὺς Θεὸν σέβοντας εἰς πῦρ κελεύσας βληθῆναι, ὄνειρον ὅλου μήκους αἰῶνος ὁρᾷ. καὶ μὴ λεγέτω τις· ἀλλ' ὅραμα ἐγρηγορὼς[4] οὐδεὶς ἀσεβῶν θεωρεῖ. ψεῦδός ἐστιν. αὐτὸς γοῦν ὁ Ναβουχοδονόσορ τρεῖς ἄνδρας κελεύσας βληθῆναι εἰς πῦρ, ἐνιδὼν τῇ καμίνῳ τέταρτον[5] ἔφη· τὸν τέταρτον ὁρῶ ὡς υἱὸν θεοῦ. καὶ ὅμως ὀπτασίας τε καὶ ὁράματα καὶ ἐνύπνια ὁρῶντες ἀληθῆ, ἀσεβεῖς ἦσαν. οὕτως οὐ πάντως ἐκ τοῦ ὁρᾶν τινὰ ὁράματα καὶ ἐνύπνια καὶ ὀπτασίας πάντως εὐσεβής ἐστιν. τῷ γὰρ εὐσεβεῖ ἐμφύτῳ καὶ καθαρῷ ἀναβλύζει τῷ νῷ τὸ ἀληθές, οὐκ ὀνείρῳ σπουδαζόμενον[6], ἀλλὰ συνέσει ἀγαθοῖς διδόμενον.

non solum Filii, sed nec Angeli nemo potest cernere. Sin vero nonnullus visionem conspexerit, mali Daemonis eam esse intelligat.

XVII. Caeterum et ab impiis visa et insomnia vera conspici, manifestum est, atque ex Scripturis possum demonstrare. Denique in lege scriptum est, quemadmodum impius Abimelechus, cum justi Abrahami uxorem vitiare cuperet, a Deo audierit in somno (sicut ait Scriptura), ne illam tangeret, quod cohabitaret cum viro. Sed et Pharao, homo impius, somnium vidit de frumenti abundantia et sterilitate, cui cum Joseph explicaret, a Deo asseruit venisse somnium. Nabuchodonosor autem, idolorum cultor, quique jussit ut Dei cultores mitterentur in ignem, somnium vidit, quod omnium saeculorum longitudinem complectebatur. Nec dicat aliquis: at nullus impius visum per vigiliam cernit. Falsum est. Ipse certe Nabuchodonosor, qui jusserat tres viros in ignem mitti, cum in fornace quartum intueretur, ait: quartum video, velut Filium Dei. Et tamen qui visiones et spectacula et insomnia conspexerunt vera, impii erant. Sic non statim ex eo, quod quis cernat visa et insomnia, omnino pius est. Nam pio in mente innata et pura scatet veritas, non quae per somnum affectatur, sed quae per intelligentiam bonis conceditur.

1. ἀλλ' add. c. O. Ex eodem accessit ἰδεῖν.
2. Ita S, qui confert Schaefer Gregor. Corinth. 990, θίγειν C O.
3. εὐφημίας καὶ ὃ ὁ p. εὐφορίας καὶ ἀφορίας ᾧ ὁ O.
4. ἐγρηγορὸν O.
5. Ita O et marg. Ci, qui in textu exh. τεταρτώτατον.
6. σπουδαζόμενον O c. D, σπουδαζόμενα C.

XVIII. *Οὕτως γὰρ κἀμοὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀπεκαλύφθη ὁ υἱός. διὸ οἶδα τίς δύναμις ἀποκαλύψεως, ἀφ' ἑαυτοῦ μαθών. ἅμα γὰρ τῷ τὸν κύριον εἰπεῖν*[9], *τίνα αὐτὸν λέγουσιν, καὶ ἄλλους ἄλλο τι λέγοντας αὐτὸν ἀκηκοότος ἐμοῦ, ἐπὶ τῆς καρδίας ἀνέβη· οὐκ οἶδα οὖν πῶς εἶπον· σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ ζῶντος Θεοῦ. τὸν δὲ μακαρίσαντά με μηνῦσαί μοι, τὸν ἀποκαλύψαντα πατέρα εἶναι, ἐμὲ δὲ ἔκτοτε μαθεῖν, ὅτι τὸ ἀδιδάκτως, ἄνευ ὀπτασίας καὶ ὀνείρων μαθεῖν ἀποκάλυψίς ἐστιν. καὶ ἀληθῶς οὕτως ἔχει. ἐν γὰρ τῇ ἐν ἡμῖν ἐκ Θεοῦ τεθείσῃ σπερματικῶς [καρδίᾳ]*[3] *πᾶσα ἔνεστιν ἡ ἀλήθεια, Θεοῦ δὲ χειρὶ σκέπεται καὶ ἀποκαλύπτεται, τοῦ ἐνεργοῦντος*[4] *τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστου εἰδότος. τὸ δὲ ἔξωθεν δι' ὀπτασιῶν καὶ ἐνυπνίων δηλωθῆναί τι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀποκαλύψεως, ἀλλὰ ὀργῆς, φαίνεται. πέρας γοῦν γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ὅτι ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ἔφη*[5]*· ἐὰν ἀναστῇ προφήτης ἐξ ὑμῶν, δι' ὁραμάτων καὶ ἐνυπνίων αὐτῷ γνωρισθήσομαι, οὐχ οὕτως δὲ ὡς Μωυσῇ τῷ θεράποντί μου, ὅτι ἐν εἴδει καὶ οὐ δι'*[6] *ἐνυπνίων λαλήσω πρὸς αὐτόν, ὡς εἴτις λαλήσει πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. ὁρᾷς πῶς τὰ τῆς ὀργῆς δι' ὁραμάτων καὶ ἐνυπνίων, τὰ δὲ*

XVIII. Sic enim et mihi a Patre revelatus est Filius. Quare novi, quae sit revelationis vis, a me ipso edoctus. Nam simul ac Dominus interrogavit, quem eum dicerent, et ego alios aliud quid esse eum respondentes audivi, in cor meum ascendit, nec vero scio, qua ratione dixerim: *tu es filius Dei vivi.* Ille autem beatum me praedicans indicavit mihi, eum, qui revelaverat, Patrem esse, atque ex eo tempore didici, revelationem esse, quando absque praeceptore et visione ac somniis erudimur. Ac vere ita habet. Siquidem in corde, quod in nobis posuit Deus, universa instar seminis inest veritas, tegitur vero ac revelatur manu Dei operantis ac singulorum meritum cognoscentis. Extrinsecus autem per visiones et insomnia aliquid declarari, apparet non esse revelationis, sed irae. Denique in lege scriptum est, Deum iratum Aaroni et Mariae dixisse: *si surrexerit propheta ex vobis, per visiones ac insomnia ei apparebo, non autem sic, quemadmodum Moysi famulo meo, quoniam in specie, non autem per insomnia loquar ad hunc, velut si quis loquatnr ad amicum suum.* Cernis quo modo, quae ex ira, per visa sint et insomnia, quae vero

1. Matth. 16, 13 seqq.
2. ἐστὶ O.
3. Post τεθείσῃ Schliemannus Clem. p. 190. 569. addit καρδίᾳ, conjectura secundum Schweglerum parum probabili, elegantissima quidem ex mea opinione. Etiam parvula lacuna, quam in Ms. Ottob. habes post σπερματικῶς, deesse aliquid satis probat.
4. Cotelerii interpretatio non potest constare cum textu graeco, nisi post ἐνεργοῦντος additur particula καί. At nihil mutandum. Tu verte: „qui operatur tantum, quantum meretur unusquisque sciens.“ S.
5. Num. 12, 6. Exod. 33, 11.
6. διά C.

πρὸς φίλον στόμα κατὰ στόμα, ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων καὶ ὁραμάτων καὶ ἐνυπνίων[1], *ὡς πρὸς ἐχθρόν.*

XIX. *Εἰ μὲν οὖν καὶ σοὶ ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν δι' ὁράματος ὀφθεὶς ἐγνώσθη καὶ ὡμίλησεν, ὡς ἀντικειμένῳ ὀργιζόμενος, διὸ δι' ὁρωμάτων καὶ ἐνυπνίων ἢ καὶ δι' ἀποκαλύψεων ἔξωθεν οὐσῶν ἐλάλησεν. εἴ*[3] *τις δὲ δι' ὀπτασίαν πρὸς διδασκαλίαν σοφισθῆναι δύναται; καὶ εἰ μὲν ἐρεῖς· δυνατόν ἐστιν, διὰ τί ὅλῳ ἐνιαυτῷ*[4] *ἐγρηγορόσι παραμένων ὡμίλησεν ὁ διδάσκαλος; πῶς δέ σοι καὶ πιστεύσομεν αὐτό, κἂν ὅτι ὤφθη σοι; πῶς δέ σοι καὶ ὤφθη, ὁπότε*[5] *αὐτοῦ τὰ ἐναντία τῇ διδασκαλίᾳ φρονεῖς; εἰ δὲ ὑπ' ἐκείνου μιᾶς ὥρας ὀφθεὶς καὶ μαθητευθεὶς ἀπόστολος ἐγένου, τὰς ἐκείνου φωνὰς κήρυσσε, τὰ ἐκείνου ἑρμήνευε, τοὺς ἐκείνου ἀποστόλους φίλει, ἐμοὶ τῷ συγγενομένῳ αὐτῷ μὴ μάχου. πρὸς*[6] *γὰρ στερεὰν πέτραν ὄντα με, θεμέλιον ἐκκλησίας, ἐναντίος ἀνθέστηκάς μοι*[7]. *εἰ μὴ ἀντικείμενος ἦς, οὐκ ἂν με διαβάλλων τὸ δι' ἐμοῦ κήρυγμα ἐλοιδόρεις*[8], *ἵνα, ὃ παρὰ τοῦ κυρίου αὐτὸς παρὼν ἀκήκοα, λέγων μὴ πιστεύωμαι, δῆλον ὅτι ὡς ἐμοῦ καταγνωσθέντος καὶ ἐμοῦ*[9] *εὐδοκιμοῦντος. ἢ εἰ κατεγνωσμένον με λέγεις, Θεοῦ τοῦ ἀποκαλύψαντός μοι τὸν Χριστὸν κατηγορεῖς, καὶ τοῦ ἐπὶ ἀποκαλύψει μακα-*

ad amicum, os ad os, in specie, et non per aenigmata visa et insomnia, sicut ad inimicum.

XIX. Itaque si tibi etiam Jesus noster in viso conspectus apparuit ac locutus est, tamquam adversario iratus, ideo per visa et insomnia, vel quoque per extrinsecas revelationes disseruit. An vero potest aliquis per visionem institui ad doctrinam? Quod si dicas posse, quare per annum integrum cum vigilantibus permanens collocutus est Dominus? Et quo pacto tibi hoc ipsum credamus, quod tibi apparuerit? Et quo modo tibi apparuerit, cum contraria illius doctrinae sentias? Sin vero, ab illo per unam horam visitatus ac edoctus, factus es Apostolus, voces illius praedica, illius scita interpretare, illius Apostolos ama, mihi qui cum eo versatus sum ne bellum indicas. Nam contra me, firmam petram et Ecclesiae fundamentum, adversarius restitisti. Nisi esses adversarius, profecto de me detrahens, praedicationem meam probris non insectareris, ut, qui dico quae ipse adstans a Domino audivi, non credar, quasi scilicet condemnationem merear, quamvis laudari debeam. Aut si me reum dicis, Deum qui mihi Christum revelavit accusas, et in eum qui me propter

1. Vbb. *τὰ δὲ πρὸς — καὶ ἐνυπνίων* desiderantur in O.

2. *εἰ* S O, *ἢ* C, de quo fallitur S.

3. *ἢ* scribit Schliemannus Clem. p. 192. 569. Idem legi vult *ὀπτασίας* p. *ὀπτασίαν*. S.

4. Cfr. Neander Kirch. Gesch. I, 2, 625. Hilgenfeld Hall. Allg. Litt. Ztg. Nr. 80. p. 659. Baur kanon. Evang. p. 363. S.

5. *ὤφθησαν· πότε* O.

6. Matth. 16, 18. et supra 11, 7.

7. *ἐναντίως ἀνεθέτηκάς μοι* O.

8. Ita O c. S, *ἐλοιδόρῃς* C.

9. Leg. *μή*. Cotelerii versio stare non potest. S. Sequens *εἰ* om. O. Idem *κατεγνωσμένον* et antea *καταγνωσθέντος* c. S, *καταγνωσμένον* et *κατεγνωσθέντος* C.

ρίσαντός με καταφέρεις[1]. ἀλλ' ἐπεί[2] περ ἀληθῶς τῇ ἀληθείᾳ συνεργῆσαι θέλεις, μάθε πρῶτον παρ' ἡμῶν, ἃ ἡμεῖς παρ' ἐκείνου ἐμάθομεν, καὶ μαθητὴς ἀληθείας γεγονὼς γένου ἡμῖν συνεργός.

XX. Ταῦτα ὁ Σίμων ἀκούσας ἔφη· ἀπείη μοι τὸ εἴτε[3] ἐκείνου, εἴτε σου γενέσθαι μαθητήν. οὐδὲ γὰρ ἀγνοῶ ἃ δεῖ γινώσκειν· ἃ δὲ ὡς μανθάνων ἐπυθόμην, ἵνα ἴδω[4] εἰ δύνασαι ὀπτασίας ἐνεργείαν ἐναργεστέραν[5] δεῖξαι. σὺ δὲ ὡς ἠθέλησας, εἶπας, οὐκ ἔδειξας. καὶ νῦν αὔριόν σοι εἰς τὸν περὶ Θεοῦ, οὗ διισχυρίζῃ δημιουργοῦ, ἐλθὼν καὶ διαλεχθεὶς δείξω μὴ αὐτὸν εἶναι ἀνώτατον καὶ[6] ἀγαθόν, καὶ τὸν σὸν δὲ διδάσκαλον τὰ αὐτά μοι εἰρηκέναι, σὲ δὲ μὴ νενοηκέναι ἐλέγξω. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξῄει, εἰς ἃ προέτεινεν οὐ θελήσας ἀκοῦσαι.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

I. Ὄρθρου δέ, προελθόντος τοῦ Πέτρου εἰς τὸ διαλεχθῆναι, ὁ Σίμων προλαβὼν ἔφη· ἐχθὲς[7] ἀπαλλασσόμενος εἰς τὴν σήμερον ὑπεσχόμην σοι ἐπανελθὼν καὶ συζητήσας δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ τὸν κόσμον δημιουργή-

revelationem beatum praedicavit inveheris. Sed si quidem vere cupis adminiculari veritati, primum a nobis disce, quae nos ab eo didicimus, et factus veritatis discipulus fias noster adjutor.

XX. His auditis Simon dixit: Absit ut ego vel illius vel tuus sim discipulus. Neque enim ignoro, quae cognoscere oportet: ea vero tamquam disciturus interrogabam, ut agnoscerem, an posses ostendere visionem evidentia esse inefficaciorem. At tu quemadmodum voluisti locutus es, nec demonstrasti. Et nunc, veniens cras ad sermonem de Deo, quem Creatorem affirmas, probabo illum non esse supremum ac bonum, tuum quoque Magistrum eadem mecum dixisse, te autem arguam non intellexisse. Atque post haec dicta exiit, nolens audire ad ea quae proposuerat.

HOMILIA XVIII.

I. Mane autem, cum Petrus ad disputationem processisset, Simon anticipans dixit: heri discedens promisi tibi, me hodie rediturum, disceptaturum, ac

1. Leg. καταφρονεῖς. Quod Cotelerius in versione dedit, id e graecis verbis non efficitur. S. καταφέρῃ O.
2. Malim εἰ S.
3. μοι, εἴτε C.
4. εἰδῶ C. Tum ὀπτασίαν ἐνεργείας O in textu, ἴσ. ὀπτασίας ἐνεργείαν al. man. in marg., quod praestat; ὀπτασίαν ἐνεργείας C, ὀπτασίαν ἐναργείας Cl.
5. ἀνεργεστέραν conj. Cotel. Debebat scribere ἀνενεργεστέραν. Ego malim ὀπτασίας ἐναργείαν. S. Dein εἶπες p. εἶπας C.
6. καὶ inserui c. O.
7. χθὲς O.

σας ἀνώτατος [1] Θεός, ἀλλ' ἕτερος, ὃς καὶ μόνος ἀγαθὸς ὢν καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἄγνωστός ἐστιν. αὐτίκα γοῦν τὸν δημιουργὸν αὐτὸν καὶ νομοθέτην φῂς εἶναι, ἢ οὔ [2]; εἰ μὲν οὖν νομοθέτης ἐστίν, δίκαιος τυγχάνει, δίκαιος δὲ ὢν ἀγαθὸς οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν, ἕτερον ἐκήρυσσεν ὁ Ἰησοῦς τῷ λέγειν [3]· μή με λέγε ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστίν, ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐ συμφωνεῖ δὲ τῷ νομοθέτῃ δικαίῳ ὄντι καὶ ἀγαθῷ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· πρῶτον ἡμῖν εἰπέ, ἐπὶ ποίαις πράξεσι δοκεῖ σοι ὁ ἀγαθὸς εἶναι, ἐπὶ ποίαις δὲ καὶ ὁ δίκαιος [4], ἵνα οὕτως κατὰ σκοποῦ τοὺς λόγους πέμπωμεν. καὶ ὁ Σίμων· σὺ πρῶτον εἰπέ, τί σοι δοκεῖ τὸ ἀγαθόν, ἢ καὶ τὸ δίκαιον.

II. *Καὶ ὁ Πέτρος·* ἵνα μὴ ἐριστικώτερον διαλεγόμενος δαπανῶ τοὺς χρόνους, ἀπαιτῶν δικαίως τῶν ἐμῶν προτάσεών [5] σε τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι, ὥς σοι δοκεῖ αὐτὸς ὢν ἐπυθόμην ποιήσομαι τὰς ἀποκρίσεις. ἐγώ φημι ἀγαθὸν εἶναι τὸν παρεκτικὸν [ἐκεῖνον ἐν τοιούτοις,] [6] οἷον ὡς αὐτὸν ὁρῶ ποιοῦντα [7] τὸν δημιουργόν, παρέχοντα τὸν ἥλιον ἀγαθοῖς καὶ τὸν ὑετὸν δικαίοις καὶ ἀδίκοις. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· τοῦτο ἀδικώτατον, ὅτι τὰ αὐτὰ δικαίοις καὶ ἀδίκοις παρέχει. καὶ ὁ Πέτρος· σὺ οὖν ἡμῖν τοῦ λοιποῦ λέγε, πῶς ποιῶν ἀγαθὸς ἂν ἦν. καὶ ὁ Σίμων· σὲ δεῖ λέγειν. καὶ ὁ Πέ-

ostensurum, quod mundi opifex non sit supremus Deus, sed hic alius sit, utpote solus bonus, et huc usque incognitus. Statim ergo, Creatorem eumdem et Legislatorem esse dicis, nec ne? Si igitur Legislator est, justus est, si justus, non est bonus, bonus si non est, alium praedicavit Jesus dicendo: *ne me dicas bonum. Nam bonus unus est, Pater, qui in coelis habitat.* Porro non est consonum, ut Legislator justus sit ac bonus. Ait Petrus: primum dic nobis, in quibus actionibus bonum putes esse bonum, et in quibus justum esse justum, ut sic ad scopum verba destinemus. Et Simon: tu prius effare, quid arbitreris bonum, quid justum.

II. Tum Petrus: ne contentiosius disputans tempora insumam, dum juste postulo ut meis respondeas propositionibus, quemadmodum tibi videtur, ipse ad interrogata responsiones afferam. Ego aio bonum esse eum, qui largitor est, sicut video a Creatore fieri, qui praebet solem bonis et malis, atque imbrem justis ac iniquis. Et Simon dixit: hoc iniquissimum est, eadem justis atque injustis praebere. Ac Petrus: tu ergo deinceps nobis edissere, quo modo agens bonus esset. Simon: te oportet dicere. Petrus: ego dicam. Si

1. ἀνωτάτω O. Sequens καὶ in eodem deest.
2. οὔ S O, οὐχ C.
3. Matth. 19, 17.
4. O bis exh. δίκαιος.
5. προ . . . (sic) O; at ead. man. lacunam in marg. ita explere tentavit: ἴσως προσιεμένων, quod man. recentior correxit in μᾶλλον δὲ — προτάσεων.
6. Vbb. [ἐκεῖνον ἐν τοιούτοις,] adscripsi ex conjectura pro vacuo Ottob.
7. ποιοῦν τὰ O. Matth. 5, 45.

τρος· ἐγὼ λέξω. ὁ[1] μὲν τὰ αὐτὰ παρέχων ἀγαθοῖς καὶ δικαίοις, ἔτι[2] τε κακοῖς καὶ ἀδίκοις, κατὰ σὲ οὐδὲ δίκαιός ἐστιν, καὶ εἰ ἀγαθοῖς ἀγαθὰ παρεῖχεν, κακοῖς τε κακά, δίκαιον ἂν αὐτὸν εὐλόγως ἔλεγες. ποίᾳ οὖν ἔτι πράξει χρώμενος ἂν ἦν, εἰ μὴ ταύτῃ χρῆται ὁδῷ, κακοῖς μὲν παρέχων τὰ πρόσκαιρα, ἐὰν ἄρα μεταβάλλωνται, ἀγαθοῖς δὲ αἰώνια, ἐάν γε ἐμμείνωσιν; καὶ οὕτως τῷ[3] μὲν πᾶσι παρέχειν, διαφόροις δὲ χαρίζεσθαι τὸ δίκαιον αὐτοῦ ἀγαθόν ἐστιν, καὶ μακρόθυμον ταύτῃ μᾶλλον, εἰ ἁμαρτωλοῖς μὲν μετανοοῦσι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα, εὖ πράξασι δὲ καὶ ζωὴν αἰώνιον ὑπογράφει. κρίνων δὲ εἰς τέλος, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων ἑκάστῳ δίκαιός ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ταῦτα ὀρθῶς οὕτως ἔχει, ὁμολόγησον· εἰ δὲ οὐ δοκεῖ σοι ὀρθῶς ἔχειν, διέλεγξον[4].

III. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ἅπαξ ἔφην· πᾶς νομοθέτης, εἰς τὸ δίκαιον ἀφορῶν, δίκαιός ἐστιν. καὶ ὁ Πέτρος· εἰ ἀγαθοῦ ἐστὶ μὴ θεῖναι νόμον, δικαίου δὲ τὸ θέσθαι, καὶ οὕτως ὁ δημιουργὸς ἀγαθός ἐστι καὶ δίκαιος. ἀγαθὸς μέν, ὅτι ἀπὸ τῶν χρόνων Ἀδὰμ μέχρι Μωυσέως[5] ἐγγράφως οὐ φαίνεται τεθεικὼς τὸν νόμον· ἀπὸ δὲ Μωυσέως εἰς τοὺς δεῦρο χρόνους, ὡς γέγραπται, καὶ δίκαιός ἐστιν. καὶ ὁ Σίμων, ἀπὸ τῶν τοῦ διδασκάλου σου φωνῶν δεῖξον[6], ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἐστίν, ἀγαθὸν εἶναι καὶ δίκαιον[7]. ἐμοὶ γὰρ ἀδύνατον φαίνεται, τὸν νομοθέτην ἀγαθὸν ὄντα τὸν αὐτὸν καὶ δί-

nempe eadem praebens bonis ac justis et praeterea malis ac iniquis, secundum te nec justus est, tu eum, si bonis bona tribueret, malisque mala, justum merito praedicares. Quali ergo adhuc actione utendnm ei esset, si non uteretur hac via, malis quidem dans temporalia, si forte convertantur, bonis vero sempiterna, modo perseverent. Sicque largiendo cunctis, praestantioribus autem gratiam faciendo, justitia ejus bona est, et eo magis magnanima, si peccatoribus quidem poenitentiam agentibus peccata condonat, bene operantibus autem etiam vitam aeternam definit. Judicans vero in fine, et pro merito singulis retribuens, justus exsistit. An itaque haec recte se eo modo habeant, profitere; sin minus tibi ita esse videtur, refuta.

III. Respondit Simon: semel dixi: omnis legislator, ad justitiam respiciens, justus est. Et Petrus: si boni est, non ferre legem, justi vero, ferre, ita etiam Creator bonus est ac justus. Bonus quidem, quoniam a temporibus Adami usque ad Mosem scriptam legem tulisse non cernitur, justus vero, quoniam a Mose usquo ad hanc aetatem tulit, sicut scripta est. Tum Simon: ex tui Praeceptoris vocibus ostende, ejusdem esse, bonum esse ac justum. Mihi quippe videtur impossibile, ut Legislator, qui bonus sit, idem justus exsistat. Et

1. εἰ C.
2. εἴ S c. Cl.
3. τὸ O.
4. ἔχῃ, ὁμολόγησον C. Vbb. εἰ δὲ οὐ δοκεῖ σοι ὀρθῶς ἔχειν, διέλεγξον descripsi ex O.
5. μωυσέος O. Sic deinde.
6. δείξω O.
7. Ita Cl, ἀγαθῷ εἶναι καὶ δικαίῳ C O.

καιον[1] εἶναι. καὶ ὁ Πέτρος· ὅτι τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ καὶ δίκαιόν ἐστιν, ἐπάκουσον. αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν τῷ εἰπόντι Φαρισαίῳ[2]· τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; πρῶτον ἔφη· μή με λέγε ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν, ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· εὐθὺς[3] ἐπάξας λέγει· εἰ δὲ θελήσεις εἰς[4] τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, τήρησον τὰς ἐντολάς. τοῦ δὲ εἰπόντος, ποίας;[5] ἐπὶ τὰς[5] τοῦ νόμου παρέπεμψεν. οὐκ ἂν δὲ ἕτερόν τινα ἀγαθὸν σημαίνων ἐπὶ τὰς τοῦ[6] δικαίου ἀνέπεμπεν ἐντολάς. ὅτι δὲ τὸ δίκαιον ἄλλο ἐστίν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἕτερον, καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ, ἀλλ' ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ δίκαιον[7], ἀγνοεῖς. ἀγαθὸς γάρ ἐστι μετανοοῦσι μὲν[8] νῦν μακροθυμῶν καὶ ὑποδεχόμενος αὐτούς, δίκαιος δέ ἐστιν, ὅταν[9] κρίνων τὰ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονέμῃ.

IV. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς οὖν ἐγνωσμένου τοῦ δημιουργοῦ, τοῦ καὶ τὸν Ἀδὰμ πλάσαντος, καὶ τοῖς κατὰ νόμον δικαίοις ἐγνωσμένου, προσέτι δὲ[10] δικαίοις καὶ ἀδίκοις καὶ ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ὁ διδάσκαλός σου μετὰ πάντας ἐκείνους ἐληλυθὼς λέγει[11]· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι; ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἔλεγεν, εἰ μὴ πατέρα τινὰ ἐν ἀπορρήτοις ὄντα ἀνήγγειλεν[12], ὃν καὶ ὕψιστον ὁ νόμος λέγει, ἀφ' οὗ οὔτε ἀγαθὴ οὔτε κακὴ

Petrus: quod bonum ipsum quoque justum sit, audi: Doctor noster quaerenti Pharisaeo: *quid faciens vitam aeternam possidebo?* primum respondit: *ne me dicas bonum. Nam bonus unus est, Pater qui est in coelis:* et statim intulit haec verba: *si autem volueris in vitam ingredi, serva mandata.* Illo autem aiente: *quae?* ad Legis mandata remisit. Non certe alium quemdam bonum significans ad justi remisisset eum praecepta. Aliud vero esse justum, et aliud bonum, etiam ipse confiteor. Sed ignoras ad eumdem pertinere, bonum esse ac justum. Bonus enim est, dum poenitentibus nunc aequanimus est eorumque susceptor, justus autem est, quandoquidem judicans pro merito singulis retribuet.

IV. Et Simon: quo modo ergo, inquit, cum cognoscatur Creator, qui et Adamum formavit, et a justis sub Lege viventibus agnitus est, sicut etiam a justis et a toto mundo, Magister tuus, qui post eos omnes venit, ait: *nemo novit Patrem, nisi filius, sicut nec filium quis novit, nisi Pater, et quibus voluerit filius revelare.* Ista autem non dixisset, si non annunciasset quemdam Patrem in arcanis exsistentem, quem et altissimum Lex appellat, a quo

1. καὶ δίκαιον καὶ p. καὶ δίκαιον O.
2. Luc. 18, 19. Matth. 19, 17.
3. Adde δ' post εὐθύς. S.
4. εἰς add. c. O. Tum τήρει p. τήρησον idem.
5. ἐπὶ τὰς O et ex conject. C, in cujus textu ἐπιστάς. Tum id. ἔπεμψεν p. παρέπεμψεν.
6. τοῦ adjeci c. O.
7. Ita Cl, ἀγαθῷ εἶναι καὶ δικαίῳ C O.
8. μὲν inserui c. O. Tum ἀποδεχόμενος C.
9. ὅτ' ἂν C. Tum ἀπονέμει O.
10. δὲ textui reddidi, cum excidisset ap. Cl et S.
11. Matth. 11, 27.
12. ἀνήγγελλεν C.

ἠκούσθη φωνή (ὡς ἐν τοῖς Θρήνοις καὶ Ἰερεμίας μαρτυρεῖ)[1]*, ὅστις κατ᾽ ἀριθμὸν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, οἳ εἰσῆλθον εἰς Αἴγυπτον, οἵ εἰσιν ἑβδομήκοντα, καὶ πρὸς τὰ ὅρια τῶν ἐθνῶν περιγράψας γλώσσαις*[2] *ἑβδομήκοντα, τῷ αὐτοῦ υἱῷ τῷ καὶ κυρίῳ λεγομένῳ, καὶ*[3] *οὐρανὸν καὶ γῆν διακοσμήσαντι, τοὺς Ἑβραίους ἔδωκε μερίδα, καὶ αὐτὸν Θεὸν θεῶν εἶναι διώρισεν, θεῶν δὲ*[4] *λέγω, οἵ τινες τὰς ἄλλας τῶν ἐθνῶν εἰλήφασι μερίδας. νόμοι οὖν προῆλθον ἀπό τε πάντων τῶν λεχθέντων θεῶν ταῖς αὐτῶν μερίσιν, ἅ τινά ἐστι τὰ λοιπὰ ἄλλα ἔθνη. ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ πάντων κυρίου ὁ παρὰ Ἑβραίοις κείμενος προῆλθε νόμος. τοῦτο δὲ οὕτως ἔχειν ὡρίσθη, ἵνα, εἴ τις νόμῳ τινὸς προσφύγῃ, ἀπὸ τῆς ἐκείνου*[5] *γένηται μερίδος, οὗ δὴ καὶ τὸν νόμον πράττειν ἀνεδέξατο. οὐδεὶς ἔγνω τὸν ἐν ἀπορρήτοις ὕψιστον πατέρα ὄντα, ὡς οὐδὲ τὸν τούτου υἱόν, ὅτι υἱός ἐστιν. αὐτίκα γοῦν σὺ τὰ τοῦ ἀπορρήτου*[6] *ὑψίστου ἴδια διδοὺς τῷ υἱῷ οὐκ οἶδας ὅτι υἱός ἐστιν*[7]*, πατὴρ ὑπάρχων τοῦ Ἰησοῦ τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς λεγομένου Χριστοῦ.*

V. *Ταῦτα τοῦ Σίμωνος εἰπόντος ὁ Πέτρος ἔφη πρὸς αὐτόν· δύνασαι αὐτὸν ἐκεῖνον διαμαρτύρασθαι, ὅτι οὕτως πιστεύεις, οὐχ ὃν νῦν ἐν ἀπορ-*

neque bona neque mala audita est vox, (quemadmodum in Lamentationibus Jeremias testatur), qui secundum numerum filiorum Israel, quando ingressi sunt in Aegyptum septuaginta, et secundum terminos gentium eas circumscripsit septuaginta linguis, et filio suo, qui et Dominus vocatur et coelum ac terram constituit, Hebraeos partem dedit, eumque Deum Deorum esse definivit: Deorum autem dico, qui alias gentium acceperunt portiones. Leges igitur prodierunt ab omnibus dictis Diis, ad suas portiones, quae sunt reliquae gentes. Pari autem modo et a Filio cunctorum Domino apud Hebraeos posita lex processit. Hoc vero ita habere definitum est, ut si quis ad alicujus legem confugerit, ad illius partem pertineat, cujus recepit legem servare. Nemo cognovit altissimum in arcanis positum Patrem, sicut nec filium ejus, quod filius sit. Statim ergo tu, quae propria sunt ignoti altissimi, tribuens Filio, ignoras quod filius sit, qui est pater Jesu Christi apud vos dicti.

V. His a Simone prolatis Petrus ait ad eum: Potesne, quod ita credas, ipsum contestari, non quem nunc in arcanis praedicas, sed quem credis, nec

1. Jerem. 3, 38.

2. *γλώσσαις* conj. C, quod recte improbat Davisius. Gentes enim, ait vir doctissimus, fuisse septuaginta, totidemque linguas, communis erat Hebraeorum sententia. De septuaginta nationibus conferas, quae Cotelerius adnotavit ad Recogn. II, 42. Gieseler, Entstehung der schriftl. Evang. p. 128. Schneckenburger, über den Ursprung des ersten kanon. Evang. p. 13. Egit praeterea de loco nostro Neander, gnost. Systeme p. 378. S.

3. Reposui *καὶ* a Cl et S praetermissum.

4. *δὴ* S.

5. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu *ἐκείνων*.

6. *ἀπορρήτου* om. O.

7. Vult Simon Magus Deum creatorem esse filium ignoti Dei sui, patrem vero Jesu Christi nostri. C.

ῥήτοις λέγεις, ἀλλ' ὃν σὺ πιστεύων οὐχ ὁμολογεῖς; ἄλλα γὰρ ἀντ' ἄλλων ὁρίζων φλυαρεῖς. διὸ ἐὰν διαμαρτύρῃ ὅτι, ἃ λαλεῖς, ταῦτα πιστεύεις, ἀποκρίνομαί σοι. εἰ δὲ ἕστηκας συζητῶν ἐμοὶ ἃ μὴ πιστεύεις, κατὰ κενοῦ με παίειν ἀναγκάζεις. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· παρά τινος τῶν σῶν μαθητῶν ἀκήκοα, [ταῦτα οὕτως ὁρισθῆναι.][1] καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· μὴ ψευδομαρτύρει. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· μή με λοιδόρει, προπετέστατε. καὶ ὁ Πέτρος· μέχρις ἂν εἴπῃ τὸν εἰπόντα, ψεύστης εἶ. καὶ ὁ Σίμων· νόμιζε ἐμὲ ταῦτα πλάσαι ἢ καὶ παρὰ ἄλλου με[2] ἀκηκοέναι· πρὸς ταῦτα μοι ἀπόκριναι. ἐὰν γὰρ ἀνατραπῆναι μὴ δυνηθῇ, ἔμαθον τοῦτο εἶναι τὴν ἀλήθειαν. καὶ ὁ Πέτρος· εἰ ἀνθρώπινόν ἐστι πλάσμα, οὐκ ἀποκρίνομαι εἰς αὐτό· εἰ δὲ ὑπονοίᾳ αὐτοῦ κεκράτησαι ὡς ἀληθοῦς, τοῦτο αὐτό μοι ὁμολόγησον, καὶ ἔχω τι καὶ αὐτὸς περὶ τούτου λέγειν. καὶ ὁ Σίμων· ἅπαξ μοι δοκεῖ[3] τοῦτο οὕτως ἔχειν. σὺ πρὸς ταῦτα εἰ ἔχεις τι λέγειν, ἀπόκριναι.

VI. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει[4], τὰ μέγιστα ἀσεβεῖς. εἰ γὰρ υἱοῦ ἐστί, τοῦ οὐρανὸν καὶ γῆν διακοσμήσαντος, τὸ ᾧ βούλεται ἀποκαλύπτειν[5] τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις αὐτοῦ πατέρα, σὺ μέγιστα, ὡς ἔφην, ἀσεβεῖς ἀποκαλύπτων οἷς ἐκεῖνος οὐκ ἀπεκάλυψεν. καὶ ὁ Σίμων· ἀλλὰ αὐτός με βούλεται ἀποκαλύπτειν. καὶ ὁ Πέτρος· οὐ νοεῖς ἃ λέγω, Σίμων. πλὴν

confiteris? Alia enim pro aliis decernens nugas agis. Quocirca si contestaris, a te credi quae loqueris, tibi respondebo. Sin vero perseveras disceptare mecum de iis quae non credis, per inane me cogis percutere. Et, Simon dixit: a quodam ex discipulis tuis audivi, [haec ita esse constituta.] Excepit Petrus: ne falsum testeris. Respondit Simon: ne mihi convicium facias, protervissime. Tum Petrus: usque quo protuleris eum qui dixit, mendax es. At Simon: Existima me haec finxisse vel ab alio audiisse, ad ea responde mihi. Nam si everti non potuerint, compererim esse veritatem. Et Petrus: si est humanum figmentum, non respondeo ad illud: sin autem hujusce rei opinione tamquam verae detineris, id ipsum mihi confitere, et habeo ego quoque aliquid quod de eo dicam. Simon: prorsus arbitror hoc ita habere. Tu si quid ad illa habes dicere, responde.

VI. Et Petrus ait: si hoc ita habet, maxime impius es. Nam si ad filium, coeli et terrae constitutorem, spectat revelare, cui vult, ipsius Patrem in obsconditis positum, tu, sicut dixi, maxime es impius, qui revelas quibus ille nequaquam revelavit. Ac Simon: sed ille vult ut revelem. Atque Petrus: non in-

1. Vbb. [ταῦτα οὕτως ὁρισθῆναι.] lacunae inscripsi, quae in Ms. Ottob. h. l. occurrit.

2. με adjunxi c. O. Deinde ἀνατραπῆσαι Cl et S.

3. Post δοκεῖ in O est εἶναι subnotatum. Cum eodem textui reddidi οὕτως, quod ap. S exciderat. Deinde εἰ ἔχεις O, ἔχῃς C, εἰ ἔχῃς conj. S.

4. ἔλῃ C.

5. Explanavit hunc locum contra Schliemannum Baurius Annal. Theol. Tubing. 1844, p. 552. S.

ἀκούσας σύνες· τῷ[1] εἰπεῖν, οἷς ἂν βούληται[2] ὁ υἱὸς ἀποκαλύψει, οὐ διδασκαλίᾳ τινὰ τοιοῦτον μαθεῖν λέγει, ἀλλὰ ἀποκαλύψει μόνον. ἀποκάλυψίς ἐστι τὸ ἐν πάσαις καρδίαις ἀνθρώπων ἀπορρήτως κείμενον κεκαλυμμένον, ἄνευ φωνῆς τῇ αὐτοῦ βουλῇ[3] ἀποκαλυπτόμενον. καὶ οὕτως γίνεται γνῶναι, οὐ διδαχθέντα, ἀλλὰ συνέντα. τῷ μέντοι συνιέντι[4] οὐκ ἔξεστιν, ἄλλῳ τοῦτο ἀποδεῖξαι, ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς ἐδιδάχθη, οὔτε ἀποκαλύψαι δύναται, ἐπεὶ μὴ αὐτός ἐστιν ὁ υἱός, ἐκτὸς εἰ μὴ ἑαυτὸν λέγει εἶναι τὸν υἱόν. σὺ δὲ οὐκ εἶ ὁ ἑστὼς υἱός. εἰ γὰρ υἱὸς ἦς, πάντως ἂν ᾔδης[5] τῆς τοιαύτης ἀποκαλύψεως τοὺς ἀξίους. σὺ δὲ οὐκ οἶδας. εἰ γὰρ ἠπίστασο, τὰ τῶν ἐπισταμένων ἂν ἐποίεις[6].

VII. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ὁμολογῶ, οὐ συνῆκα πῶς λέγεις, τὰ τῶν ἐπισταμένων ἂν ἐποίεις[7]. καὶ ὁ Πέτρος· εἰ οὐ συνῆκας, οὐδὲ τὸν ἑκάστου νοῦν εἰδέναι δύνῃ, καὶ εἰ ἀγνοεῖς[8], οὐδὲ τοὺς ἀξίους τῆς ἀποκαλύψεως ἐπίστασαι, οὐκ εἶ υἱός· ὁ δὲ υἱὸς οἶδεν· διό, οἷς βούλεται, ὡς ἀξίοις οὖσιν, ἀποκαλύπτει. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· μὴ ἀπατῶ, οἶδα τοὺς ἀξίους, καὶ υἱὸς οὐκ εἰμί. τοῦτο μέντοι, τί ποτ' ἔστιν, οἷς βούλεται ἀποκαλύπτει, οὐ συνῆκα ὡς λέγεις· τὸ δὲ μὴ συνιέναι οὐχ ὡς μὴ εἰδὼς εἶπον, ἀλλ' ὡς εἰ-

telligis, Simon, quae aio. Verum audi, et intellige. Quando dicit: quibus vult filius revelabit, eo significat, illum hominem non discere per doctrinam, sed per solam revelationem. Est autem revelatio, cum, quod in omnibus hominum cordibus arcane velatum positum est, absque voce per illius voluntatem revelatur. Sicque cognoscere accidit non discendo, sed intelligendo. Atqui intelligenti non licet, alteri hoc ostendere, quandoquidem nec ipse edoctus est, verum etiam non potest revelare, quia ipse non est filius, nisi si se dicat esse Filium. Tu autem non es stans filius. Nam si filius esses, omnino cognosceres hac dignos revelatione. Tu vero ignoras. Si enim scires, faceres quae faciunt qui sciunt.

VII. Dixit Simon: fateor, non intelligo quo modo dicas, faceres quae faciunt qui sciunt. Et Petrus: si non intellexisti, etiam non potes uniuscujusque scire mentem: et si ignoras, etiam non revelationis dignos cognoscis: ac si non cognoscis, non es filius. Filius autem novit: quare quibus vult, tamquam qui digni sint, revelat. Et Simon dixit: ne decipiaris, novi dignos, nec filius sum. Porro quid hoc sit, *quibus vult revelat*, non intellexi quemadmodum dicas: non intelligere autem dixi, non tamquam ipse nesciens, sed velut sciens

1. τῷ S, τὸ C O.
2. Ita O c. S, βούλεται C.
3. τῆς — βουλῆς C, ταῖς — βουλαῖς S auctore Dav.
4. συνέντι C.
5. ᾔδεις O. Ad verb. οἶδας notat S: Nihil mutandum. Cfr. Lob. Phryn. p. 236.
6. ἐποίεις S O, ἐποίῃς C, ποιήσῃς conj. D.
7. Ita O c. S, ἐποίῃς C, ποιήσῃς conj. D.
8. S refert ad Lob. Phryn. p. 359. Tum ἀγνοεῖς S O, ἀγνοῇς C.

δὼς ὅτι οἱ παρεστῶτες οὐ συνῆκαν, ἵνα αὐτὸ σαφέστερον εἴπῃς, ὅπως νοήσωσιν ὧν ἕνεκεν καὶ τὴν ζήτησιν ποιούμεθα. καὶ ὁ Πέτρος· ἐγὼ σαφέστερον αὐτὸ εἰπεῖν οὐ δύναμαι, σὺ αὐτὸς ὡς νοήσας φράσον. καὶ ὁ Σίμων· ἐγὼ τὰ σὰ οὐκ ἀνάγκην ἔχω λέγειν· καὶ ὁ Πέτρος· φαίνῃ μοι, Σίμων, μὴ συνιεὶς αὐτό, καὶ ὁμολογεῖν μὴ θέλων, ἵνα μὴ ἐν ἀγνοίᾳ φωραθεὶς[1] *ἐλεγχθῇς μὴ ὢν σὺ ὁ ἑστὼς υἱός. τοῦτο γὰρ αἰνίσσῃ, κἂν σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν μὴ θέλῃς· ὥστε ἐγὼ μὲν τὰς σὰς βουλὰς ἐξ ὧν αἰνίσσῃ ἐπίσταμαι, προφήτου ἀληθοῦς μαθητὴς ὤν, οὐ προφήτης. σὺ δὲ καὶ τὰ σαφῶς λεγόμενα μὴ συνιὼν υἱὸν ἑαυτὸν εἰπεῖν θέλεις, ἀνθιστῶν*[2] *ἡμῖν. καὶ ὁ Σίμων· ἀρῶ σου πᾶσαν πρόφασιν· ὁμολογῶ, αὐτὸ οὐ συνῆκα, τί ποτ' ἔστιν, καὶ οἷς ἂν βούληται*[3] *ὁ υἱὸς ἀποκαλύπτει. λέγε τοίνυν αὐτὸ σαφέστερον.*

VIII. *Καὶ ὁ Πέτρος· ἐπειδὴ κἂν σχήματι αὐτὸ ὡμολόγησας μὴ συνιέναι, πρὸς ὃ πυνθάνομαί σου, ἀπόκριναί μοι, καὶ μαθήσῃ. λέγε μοι· φῂς τὸν υἱὸν δίκαιον εἶναι, ὅστις ποτ' ἔστιν, ἢ οὔ; καὶ ὁ Σίμων ἔφη· δικαιότατον. καὶ ὁ Πέτρος· δίκαιος δὲ ὢν διὰ τί μὴ πᾶσιν ἀποκαλύπτει, ἀλλ' οἷς βούλεται; καὶ ὁ Σίμων· ὅτι δίκαιος ὢν τοῖς ἀξίοις ἀποκαλύπτειν βούλεται. καὶ ὁ Πέτρος· οὐκοῦν*[4] *ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὸν ἑκάστου νοῦν, ἵνα ἀξίοις ἀποκαλύπτῃ; καὶ ὁ Σίμων· ἀνάγκη πᾶσα*[5] *οὕτως ἔχειν.*

quod adstantes non intellexerint, ut illud clarius efferas, quo percipiant, quibus de causis nos controversiam habeamus. Et Petrus: ego clarius hoc nequeo dicere, tu, ut qui illud perceperis, effare. Et Simon: ego tua dicere necesse non habeo. Petrus: Videris mihi, Simon, illud non intelligere, nec velle confiteri, ne in ignorantia deprehendaris et arguaris quod non stans sis filius. Id enim obscure significas, cum tamen aperte dicere nolis: sicut ego quidem tua consilia ex iis quae innuis cognosco, qui sum veri prophetae discipulus, non propheta. Tu vero clare dicta non intelligens te filium dicere vis, resistens nobis. Et Simon: tollam omnem tuum praetextum: fateor, hoc non intellexi quidnam esset, *et quibus vult filius revelat.* Dic ergo illud evidentius.

VIII. Tum Petrus: quandoquidem, etsi ficte, hoc fassus es non intelligere, ad id quod te interrogo, mihi responde, ac disces. Dic mihi: ais Filium, quicumque sit, justum esse, vel non? Respondit Simon: justissimum. Et Petrus: cum autem justus sit, cur non omnibus revelat, sed quibus vult? Ac Simon: quoniam, qui justus est, justis revelare vult. Petrus: nonne igitur necesse est ab eo cognosci mentem singulorum, ut revelet dignis? Simon: omnino ne-

1. Ita O c. D, *φωραθῇς* C. Pro *ἑστὼς* legitur in O *ἐτ* cum parvula lacuna, ead. mau. in marg. *ἴσως ἕτερος*.
2. *ἀνθεστὼς* C. Tum *ἄρω* O.
3. *βούληται* S O, *βούλεται* C.
4. *οὐκ οὖν* C.
5. Post *πᾶσα* in O repetuntur vbb. *αὐτὸν εἰδέναι τὸν ἑκάστου νοῦν ἵνα*, sed expuncta.

καὶ ὁ Πέτρος· οὐκοῦν αὐτὸς μόνος εὐλόγως[1] ἀποκαλύπτειν ὡρίσθη, μόνος τὸν ἑκάστου νοῦν εἰδώς. καὶ οὐ σὺ ὁ μηδὲ τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα δυνάμενος συνιέναι.

IX. Τοῦτο τοῦ Πέτρου εἰπόντος ἀπὸ μὲν τῶν ὄχλων ἔπαινος ἐγένετο. ὁ δὲ Σίμων κατάφωρος γεγονώς, αἰδεσθεὶς ἠρυθρίασε, καὶ τὸ μέτωπον τρίψας ἔφη· ἀλλ' ἐμὲ μάγον λέγουσιν ὑπὸ Πέτρου νικώμενον[2], ἀλλὰ καὶ συλλογιζόμενον. οὐκ εἴ τις δὲ συλλογισθείη, συναρπασθεὶς τὴν ἐν αὐτῷ ἀλήθειαν νενικημένην ἔχει. οὐ γὰρ ἡ ἀσθένεια τοῦ ἐκδικοῦντος ἀλήθειά ἐστι τοῦ νικωμένου[3]. πλὴν φημί σοι, ὅτι ἐγὼ τοὺς παρεστῶτας πάντας ἀξίους ἔκρινα γνῶναι τὸν ἐν ἀπορρήτοις πατέρα. διὸ δημοσίᾳ μου αὐτοῖς ἀποκαλύπτοντος, σὺ αὐτὸς[4] διὰ φθόνον ἐμοὶ τῷ εὐεργετεῖν αὐτοὺς θέλοντι χαλεπαίνεις.

X. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἐπειδὴ ἀρεσκόντως τοῖς παροῦσιν ὄχλοις οὕτως ἔφης, ἐγὼ ἐρῶ οὐκ ἀρεσκόντως, ἀλλ'[5] ἀληθῶς. λέγε μοι, πῶς ἀξίους ἐπίστασαι τοὺς παρεστῶτας πάντας, ὅπου σοι ἐκφαίνοντι οὐδ' εἷς συνέθετο; τὸ γὰρ ἐμοὶ ποιήσασθαι κατὰ σοῦ τὸν ἔπαινον οὐκ ἔστι συγκαταθεμένων σοί, ἀλλ'[6] ἐμοί, ᾧ καὶ τὸν ἔπαινον ὡς ὀρθῶς εἰρηκότι ἀπένειμαν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Θεὸς δίκαιος ὢν βραβεύει τὸν ἑκάστου νοῦν, ὃ φῂς ἀληθὲς εἰ-

cessarium est ita habere. Tum Petrus: Itaque ille solus merito revelare definitus est, qui solus uniuscujusque mentem novit, et non tu, qui ne ea quidem quae a nobis dicuntur potes intelligere.

IX. Id Petrum dicentem populus laudibus prosecutus est. At Simon, in lapsu deprehensus, prae pudore erubuit, atque fricata fronte dixit: Jam me magum aiunt a Petro non tantum victum, sed et ratiocinationibus pressum. Non autem licet quis ratiocinationibus prematur, abreptus veritatem in ipso victam habet. Neque enim infirmitas defendentis veritas est superantis. Attamen aio tibi, me omnes adstantes judicavisse dignos, qui in arcanis Patrem cognoscerent. Quare cum palam ipsis revelo, tu per invidiam mihi illos beneficio afficere cupienti succenses.

X. Dixit Petrus: quoniam, ut praesenti multitudini gratum faceres, ita locutus es,ego dicam non grate, sed vere. Dic mihi, quo modo dignos esse cognoscis adstantes universos, quandoquidem tibi indicanti ne unus quidem praebuit assensum? Nam quod me contra te laudaverint, non est consentientium tibi, sed mihi, cui et laudem tamquam bene locuto tribuerunt. Verum quia Deus, utpote justus, singulorum mentem dijudicat, quod tu dixisti verum

1. εὐλόγως deest in O.
2. νικώμενος O. Deinde οὐκ εἴ τις O c. D, οὐχὶ τίς C.
3. Fort. νικηφόρου. S.
4. αὐτὸς conj. C, αὐτοῖς id. in textu, ut O. Deinde χαλεπαίνεις O et ex conject. C, cuj. textus χαλεπαίνειν.
5. ἀλλὰ O.
6. ἀλλὰ O.

ναι, οὐκ ἂν ἐβουλήθη διὰ τῆς ἀριστερᾶς τοῖς δεξιοῖς τοῦτο δοθῆναι, ᾧ λόγῳ ὁ παρὰ κλέπτου τι λαβὼν καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνός ἐστιν. ὥστε τούτου ἕνεκεν τὸ ὑπὸ σοῦ φερόμενον οὐκ ἠθέλησεν αὐτοὺς λαβεῖν, ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰς τὸ ἀποκαλύπτειν[1] *ὡρισμένου υἱοῦ. τίνι γὰρ εὔλογόν ἐστιν ἀποκαλύπτειν τὸν πατέρα, ἢ υἱῷ μόνῳ, διὰ τὸ εἰδέναι τῆς τοιαύτης ἀποκαλύψεως τὸν ἄξιον; οὕτως οὐκ ἔστι τοῦτο διδάξαι ἢ διδαχθῆναι, ἀλλ' ἀφράστῳ χειρὶ ἀποκαλυφθῆναι τῷ τοῦτο εἰδέναι ἀξίῳ.*

XI. *Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πολὺ συμβάλλεται πρὸς νίκην τῷ πολεμοῦντι τὸ ἰδίοις χρήσασθαι ὅπλοις. ὃ γὰρ φιλεῖ τις, καὶ γνησίως ἐκδικεῖν δύναται, γνησίως δὲ ἐκδικούμενον οὐ τὴν τυχοῦσαν ἰσχὺν ἔχει. διὸ τοῦ λοιποῦ ὅπερ ὄντως φρονῶ ἐκθήσομαι. φημί τινα δύναμιν ἐν ἀπορρήτοις εἶναι ἄγνωστον πᾶσι, καὶ αὐτῷ τῷ δημιουργῷ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς εἴρηκεν, οὐκ ἐπιστάμενος ὃ ἐφθέγξατο. ἐκ πολυλαλιᾶς*[2] *γὰρ ἐνίοτε εὐστοχεῖ τις πρὸς τὸ ἀληθές, οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει. λέγω δὲ καὶ περὶ τούτου, οὗ εἴρηκεν· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα. καὶ ὁ Πέτρος· σὺ τὰ ἐκείνου εἰδέναι μηκέτι ἐπαγγέλλου. καὶ ὁ Σίμων·*[3] *τὰ ἐκείνου οὐκ ἐπαγγέλλομαι πιστεύειν, εἰς δὲ τὰ ἐπιτευχθέντα*[4] *αὐτῷ διαλέγομαί σοι. καὶ ὁ Πέτρος· ἵνα μή σοι δῶ πρόφασιν εἰς φυγήν, ζητήσω σοι ὡς θέλεις. πλὴν μαρτύρομαι πάντας ὅτι οὐδὲ ὃν νῦν ἔφης λόγον οὐ πιστεύεις. οἶδα*[5] *γὰρ ἃ φρονεῖς. καὶ*

esse, id noluit per sinistram dextris dari, qua ratione, qui aliquid a fure accipit, et ipse reus est. Itaque eam ob causam quod a te afferebatur, noluit eos accipere, sed per filium, qui ad revelandum praestitutus est. Cui enim convenit Patrem revelare, praeterquam soli filio, quia is tali revelatione dignum cognoscit? Sic non est hoc docere aut doceri, sed ineffabili manu ei revelari, qui illud scire dignus sit.

XI. Et Simon: multum, inquit, conducit ad victoriam ei, qui bellum gerit, propriis uti armis. Quod enim quis amat, etiam sincere potest defendere: sincere autem defensum non vulgarem vim habet. Ideo deinceps quod vere sentio exponam. Aio quamdam in arcanis virtutem esse, cunctis ignotam, ipsi quoque mundi opifici, sicut et ipse Jesus dixit, nesciens quid loqueretur. Interdum enim ex multiloquio aliquis scopum veritatis attingit, ignorans quid dicat. Intelligo autem et de illo, quod pronunciavit: *nemo novit Patrem.* Et Petrus: ne amplius profitearis, te illius doctrinam cognoscere. Et Simon: ejus doctrinam non profiteor me credere, at de iis, in quae casu incidit, edissero tibi. Tum Petrus: ne dem tibi praetextum ad fugam, quaestionem tecum habebo sicut vis. Verumtamen omnes testor, quod neque illum, quem nunc

1. Pro litteris *ποκα* vocis *ἀποκαλύπτειν* in O spatium apparet vacuum. Ita paulo post.
2. *πολυλογίας* O.
3. Vbb. *καὶ ὁ Σίμων* om. O.
4. *ἐπιτετευχθέντα* C, *ἐπιτετευγμένα* S.
5. *οἶδεν* O.

ἵνα μή με δόξῃς ψεύδεσθαι, ἀνοίξομαί σοι τὰ σά, ἵνα εἰδῇς[1] ὅτι πρὸς εἰδότα διαλέγῃ.

XII. Ἡμεῖς, ὦ Σίμων, ἐκ τῆς μεγάλης δυνάμεως, ἔτι τε καὶ τῆς κυρίας λεγομένης, οὐ λέγομεν δύο ἀπεστάλθαι ἀγγέλους, τὸν μὲν ἐπὶ τῷ κτίσαι κόσμον, τὸν δὲ ἐπὶ τῷ θέσθαι τὸν νόμον· οὐδ' ὅτι αὐτῶν[2] ἕκαστος ἐλθών, ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὡς αὐτὸς ὢν αὐθέντης, αὐτὸν ἤγγειλεν· οὐδ' ὁ ἑστὼς[3] στησόμενος ἀντικείμενος. μάθε, πῶς ἀπιστεῖς, καὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. ἣν φῂς δύναμιν ἐν ἀπορρήτοις εἶναι, ἀγνοίας γέμει. τὴν γὰρ ἀγνωμοσύνην τῶν ὑπ' αὐτῆς ἀποσταλέντων ἀγγέλων οὐ προεγίνωσκεν. καὶ ὁ Σίμων τοῦ Πέτρου ταῦτα λέγοντος μεγάλως ὀργισθεὶς ἐπέκοψε λέγοντα, εἰπών· τί φλυαρεῖς, τολμηρὲ καὶ πάντων προπετέστατε, ἐπ' ὄχλων εὐμαθῆ[4] ἐκφαίνων ἀτεχνῶς τὰ ἀπόρρητα; καὶ ὁ Πέτρος· τί φθονεῖς εὐεργετεῖσθαι τοὺς παρόντας ἀκροατάς; καὶ ὁ Σίμων· οὐκοῦν[5] ὁμολογεῖς τὴν τοιαύτην ἐπίγνωσιν εὐεργεσίαν εἶναι; καὶ ὁ Πέτρος· ὁμολογῶ. τὸ γὰρ ψεῦδος γνωσθὲν εὐεργετεῖ, ἀγνοίας αἰτίᾳ μὴ περιπεσεῖν αὐτῷ. καὶ ὁ Σί-

dixisti, sermonem credas. Novi namque tuam sententiam. Et ne me arbitreris falsum dicere, significabo tibi tua, ut scias te cum sciente disceptare.

XII. Nos, o Simon, ex magna virtute, quae et domina vocatur, non dicimus missos fuisse duos Angelos, unum quidem ad creandum mundum, alium vero ad ferendam Legem, neque quod uterque veniens eorum, quae fecit, se supremum auctorem praedicaverit, neque quod stans sit staturus ut adversarius. Audi quo modo hac etiam in re incredulus sis. Virtus, quam in arcanis ais esse, ignorantiae plena est. Nam ingratum animum ab ipsa missorum Angelorum non praescivit. Ac Simon, Petro haec dicente, vehementer iratus loquentem interrupit dixitque: quid blateras, temerarie omniumque protervissime, et coram populo docili temere patefacis arcana? Et Petrus: cur invides adstantibus auditoribus hoc beneficium? Simon: non igitur confiteris, hujusmodi agnitionem beneficium esse? Petrus: fateor. Nam mendacium cognitum eo beneficio afficit, ut in illud per ignorantiam non incidamus. Simon:

1. ἴδῃς O.

2. αὐτῶν scripsi ex conject., ut sequentia stare possint, ἑαυτὸν C O. Tum add. ὡς ante αὐτὸς ὢν O. Lectionem utriusque Hom. Cod. ὢν αὐθέντης αὐτὸν S frustra mutavit in ὡς αὐθέντην αὐτός.

3. Vbb. οὐδ' ὁ ἑστὼς κτλ. absque distinctione in Mscr. Id est: „neque stans, alteri oppositus et adversarius, staturus est.“ Quem sensum ut potui expiscatus sum, partim ex orationis serie, partim ex aliis horum apocryphorum locis, Hom. II, 22. 24. III, 2. XVIII, 1. Epit. c. 25. Recogn. II, 7. III, 47. C. Mihi quidem, coll. praesertim loco Hom. II, 22, nostra sic videntur esse restituenda: οὐδ' ὅτι (vel etiam ὅτι σὺ coll. Hom. XVIII, 7.) ὁ ἑστὼς στησόμενος ἀεὶ καὶ μὴ κεισόμενος (vel πεσούμενος). S. Codex Ott. confirmat lectionem a C exhibitam.

4. ἀμαθῶς C.

5. οὐκ οὖν C.

κων· φαίνῃ μοι μὴ δύναμενος εἰπεῖν εἰς ἃ προέτεινά σοι. λέγω δὴ[1] *ὅτι καὶ ὁ διδάσκαλός σου ἐν ἀπορρήτοις τινὰ λέγει εἶναι πατέρα.*

XIII. *Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἀποκρινοῦμαι εἰς ὃ θέλεις περὶ τοῦ· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι*[2]. *πρῶτον μὲν θαυμάζω, πῶς τοῦ λόγου τούτου μυρίας*[3] *ἔχοντος ἐκδοχὰς σὺ τὸ ἐπικινδυνότερον ἐξελέξω μέρος πρὸς ἀγνωσίαν τοῦ δημιουργοῦ καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πάντων φήσας εἰρῆσθαι τὸν λόγον. πρῶτον μὲν γὰρ δύναται ὁ λόγος εἰρῆσθαι πρὸς πάντας Ἰουδαίους, τοὺς πατέρα νομίζοντας εἶναι Χριστοῦ τὸν*[4] *Δαβίδ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν υἱὸν ὄντα, καὶ υἱὸν Θεοῦ μὴ ἐγνωκέναι*[5]. *διὸ καὶ οἰκείως εἴρηται· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τὸν Δαβὶδ πάντες ἔλεγον, τὸ δὲ ἐπάξαντα εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν, ἐπεὶ αὐτὸν υἱὸν ὄντα οὐκ ᾔδεισαν*[6], *καὶ τὸ εἰπεῖν, οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι, ὀρθῶς εἴρηται, ὁ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ὢν υἱὸς μόνος ὡρίσθη, ἵνα οἷς βούλεται ἀποκαλύψῃ. καὶ οὕτως δύναται Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος αὐτὸν μὴ ἀγνοεῖν, οὐδὲ Ἑνὼχ ὁ εὐαρεστήσας μὴ εἰδέναι, οὔτε Νῶε ὁ δίκαιος μὴ ἐπίστασθαι, οὔτε Ἀβραὰμ ὁ φίλος μὴ συνιέναι, οὐκ Ἰσαὰκ μὴ νενοηκέναι, οὐκ Ἰακὼβ ὁ παλαίσας μὴ πεπιστευκέναι, καὶ πᾶσιν τοῖς ἐν τῷ λαῷ ἀξίοις μὴ ἀποκεκαλύφθαι.*

Videris mihi non posse respondere ad ea quae tibi proposui. Aio autem, quod et Magister tuus quemdam dicit esse in arcanis Patrem.

XIII. Et Petrus dixit: respondebo ad, id quod vis, de illo: *nemo novit Patrem, nisi filius, neque filium quis novit, nisi Pater, et quibus voluerit filius revelare.* Primo quidem miror, qua ratione, cum hoc dictum innumeros habeat sensus, tu periculosiorem elegeris partem, aiens prolatum fuisse in ignorantiam Creatoris omniumque sub eo positorum. Enimvero primum potest testimonium dictum esse in omnes Judaeos, qui patrem Christi putabant Davidem esse, atque Christum ejus filium, quique filium Dei non cognoverant. Quare apte dictum est: *nemo novit Patrem,* quia pro Deo omnes Davidem aiebant; et quod subjungit, *sicut nec filium quis novit,* dictum est, quia eum filium esse nesciverunt, et quod ait: *quibus voluerit filius revelare,* recte habet, qui enim ab initio est filius, solus destinatus est, ut quibus cupit revelet. Et sic non potest Adamus, primus creatus homo, illum ignorasse, neque Enoch, qui placuit, nesciisse, nec Noe, justus, non agnovisse, nec Abrahamus, amicus, non intellexisse, nec Isaacus non percepisse, neque Jacobus, qui luctatus est, non credidisse, denique non potest fieri, quin cunctis in populo dignis ille fuerit revelatus.'

1. *δὴ* S, *δὲ* C O.
2. *ἀποκαλύψαι* O c. D, *ἀποκαλύψει* C.
3. *μυρίοις* O.
4. *τὸν* O et in marg. C, *τοῦ* in textu.
5. Leg. *ἐγνωκότας*. Idem proposuit Schliemannus Clem. p. 200. 569. S.
6. *ᾔδησαν* O, qui tum scribit *βούλεται*.

XIV. *Εἰ δέ, ὡς φῄς, ἔσται διὰ τὸ εἰδέναι διὰ τοῦ Ἰησοῦ νῦν πᾶσιν ἀποκαλύπτεσθαι, πῶς οὐκ ἀδικώτατον λέγεις, ἐκείνους μὲν*[1] *μὴ ἐγνωκέναι, ἑπτὰ στύλους ὑπάρξαντας κόσμῳ, καὶ δικαιοτάτῳ Θεῷ εὐαρεστῆσαι δυναμένους, καὶ τοσούτους δὲ νῦν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀσεβεῖς ὄντας κατὰ πάντα γνῶναι; οὗτοι παντὸς κρείττονες*[2] *γνῶναι οὐ κατηξιώθησαν; καὶ πῶς ἐστὶ τοῦτο ἀγαθόν, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστιν; ἐκτὸς εἰ μὴ ἀγαθὸν θέλῃς*[3] *λέγειν οὐ τὸν εὐεργετοῦντα τοὺς δικαιοπραγήσαντας, ἀλλὰ τὸν ἀγαπῶντα τοὺς ἀδίκους*[4], *κἂν μὴ πιστεύωσιν, οἷς καὶ τὰ ἀπόρρητα ἀποκαλύπτειν, ἃ δικαίοις ἀποκαλύψαι οὐκ ἠθέλησεν. τὸ γὰρ τοιοῦτον οὔτε ἀγαθῷ, οὔτε δικαίῳ προσήκει, ἀλλὰ τῷ εὐσεβεῖς μεμισηκότι. μή τι σὺ εἶ, Σίμων, ὁ ἑστώς, ὁ ταῦτα οὕτως μή ποτε ῥηθέντα εἰπεῖν ἀποθρασυνόμενος;*

XV. *Καὶ ὁ Σίμων ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτήσας ἔφη· τὸν σὸν διδάσκαλον αἰτιῶ εἰπόντα*[5]*· ἐξομολογοῦμαί σοι κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἅπερ ἦν κρυπτὰ σοφοῖς, ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν. καὶ ὁ Πέτρος· οὕτω μέν, ἔφη, ὁ λόγος οὐκ ἐλέχθη· ἐρῶ δὲ πρῶτον, ὡς οὕτως εἰρημένον ὥσπερ σοι ἔδοξεν. ὁ κύριος ἡμῶν, εἴπερ καὶ εἰρήκει, ἅ τινα ἦν κρυπτὰ σοφοῖς, ταῦτα νηπίοις ἀπεκάλυψεν ὁ πατήρ, οὐδ' οὕτως ἄλλον Θεὸν καὶ πατέρα σημαίνειν ἐνομίζετο παρὰ τὸν κτίσαντα τὸν κόσμον. ἐνδέχεται γὰρ αὐτοῦ εἶναι τοῦ δημιουργοῦ τὰ κρυπτὰ ἃ ἔλεγεν, τῷ καὶ τὸν*

XIV. Sin vero, sicut ais, Deus nunc revelandus est cunctis, ut cognoscatur, per Jesum, quo modo non iniquissimum dicis, illos quidem non cognovisse, qui mundi fuerunt septem columina, quique justissimo Deo accepti esse potuerunt, et vero nunc tot impios ex gentibus omnino cognoscere. Illi, cunctis hominibus praestantiores, digni habiti non sunt qui cognoscerent? Et quo modo id bonum est, quod non est justum? nisi si eum bonum appellare volueris, non qui juste operantes beneficiis afficit, sed qui amat iniquos, quamvis non credant, adeo, ut iis et abscondita revelet, quae justis noluerit revelare. Nam hujusmodi res nec bono, nec justo competit, sed piorum osori. Num tu, Simon, es Stans, qui ista sic nondum dicta proferre audes?

XV. Et Simon super eo indignatus ait: tuum Magistrum reprehende, dicentem: *confiteor tibi, Domine coeli et terrae, quia quae erant occulta sapientibus, revelasti ea parvulis lactentibus.* Ac Petrus: Sic quidem, inquit, non prolata sunt ea verba. Dicam tamen prius, quasi ita prolatum sit, ut tibi visum fuit. Dominus noster, tametsi dixisset: *quae erant occulta sapientibus, ea parvulis revelavit Pater*, neque sic alium Deum et Patrem praeter mundi Creatorem credebatur significare. Possunt enim ipsius Creatoris arcana esse,

1. *μὲν* excidit ap. Cl (ed. 1698. 1724) et S.
2. *κρείττονος* C, *κρείττονες* id. in marg. *κρειττόνως* O; *οὗτοι πάντες τὰ κρείττονα κτλ.* proposuit S.
3. *θέλεις* O.
4. Voc. *τοὺς ἀδίκους* exciderunt ap. S. Tum *ὡς* p. *οἷς* conj. D.
5. Matth. 11, 25. Credner, Beitr. I, 313. S.

Ἠσαΐαν εἰπεῖν· ἀνοίξω[1] τὸ στόμα μου[2] ἐν παραβολαῖς, καὶ ἐξερεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. τὸν οὖν[3] προφήτην ὁμολογεῖς, ὃς τὰ κεκρυμμένα οὐκ ἠγνόει, ἅ τινα ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ σοφῶν ἀποκεκρύφθαι[4] λέγει, νηπίοις δὲ ἀποκεκαλύφθαι; πῶς δὲ ὁ δημιουργὸς ἠγνόει, τοῦ προφήτου αὐτοῦ μὴ ἀγνοοῦντος τοῦ[5] Ἠσαίου; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἡμῶν τῷ ὄντι οὐκ εἶπεν, ἅ τινα ἦν κρυπτά, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν τραχύτερον εἴρηκεν, εἶπε γάρ[6]· ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν. τὸ δὲ εἰπεῖν, ἀπέκρυψας, ὥς ποτε ἐγνωσμένων αὐτοῖς. παρ' αὐτοῖς γὰρ ἡ κλεὶς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπέκειτο, τουτέστιν ἡ γνῶσις τῶν ἀπορρήτων.

XVI. *Καὶ μὴ λέγε*, ἠσέβησεν εἰς τοὺς σοφοὺς κρύψας αὐτὰ ἀπ' αὐτῶν. μὴ γένοιτο τοῦτο ὑπολαβεῖν. οὐ γὰρ ἠσέβησεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπέκρυπτον[7] τὴν γνῶσιν τῆς βασιλείας, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσῆλθον, οὔτε τοῖς βουλομένοις εἰσελθεῖν παρέσχον, τούτου ἕνεκεν κατὰ τὸ δίκαιον, ὡς ἀπέκρυψαν αὐτοὶ τὰς ὁδοὺς ἀπὸ τῶν θελόντων, οὕτω καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀπεκρύβη τὰ ἀπόρρητα, ἵνα, ὡς ἐποίησαν, ὁμοίως καὶ αὐτοῖς γένηται, καὶ ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησαν, μετρηθῇ αὐτοῖς τὸ ἴσον[8]. τῷ γὰρ ἀξίῳ τοῦ γνῶναι,

quae significat, cum etiam Esaias dicat: *Aperiam os meum in Parabolis, et eructabo abscondita a constitutione mundi.* Prophetam igitur confiteris, qui occulta non ignorabat, quae Jesus a sapientibus abscondita esse affirmat, revelata vero parvulis? Quo pacto autem Creator ignoravit, cum propheta ipsius Esaias non ignoraverit? Porro Jesus noster revera non dixit: *quae erant abscondita*, sed, ut videtur, asperius locutus est, dixit enim: *abscondisti haec a sapientibus, et revelasti ea parvulis lactentibus.* Dicit: *abscondisti*, quasi aliquando ea cognita fuerint illis. Nam apud eos reposita erat clavis regni coelorum, hoc est, arcanorum notitia.

VI. Quibus auditis cum Petrus paululum cogitabundus sedisset, respondit: Non credo, posse aliquem de Malo loqui, nisi faciat simul Mali voluntatem. Quare, cum hoc ipsum sciam, dubito, quid faciam, utrum sileam an loquar. Si enim taceam, risum apud multos moveam, ut qui, veritatem me explicaturum professus, de malitia loqui nesciam; sin loquar, timeo ne Deo displiceat disquisitio de malo instituta, quippe cui non nisi disquisitio de bono placeat. Attamen quae ad Sophoniae interrogationem respondi, etiam clarius vobis explicabo. Ego quoque concedo, non omnia, quae hominum sint, Deo esse attribuenda. Jam quidem homines, quibus corpora immutabilia sunt, non mutantur, sed indolem habent cum anni tempore variandi. At non ita Deus; nam illius spiritu ei innato arcana vi corpus fit, quale ipse vult. Quod eo magis credendum, cum aër per eum, id est per incorpoream mentem in eum difusam, facultatem acceperit, ut in liquorem versus et concretus aqua fiat, aqua autem concreta mutetur in lapides et terram, et lapides confricti ignem accendant. Hoc modo aër post translationem et commutationem primum quidem aqua factus per conversiones cessabat in ignem, et humidum in contrariam naturam mutabatur. Quid vero? Nonne Deus etiam Moysis virgam in

1. μωϋσέος O.

ῥάβδον ὁ θεὸς ἔτρεψεν εἰς ζῶον. ποιήσας ὄφιν, ὃν πάλιν μετέστρεψεν εἰς ῥάβδον; καὶ δι' αὐτῆς δὲ τῆς τραπείσης ῥάβδου τὸ Νείλου ὕδωρ ἔτρεψεν εἰς αἷμα, ὃ καὶ πάλιν μετέστρεψεν εἰς ὕδωρ. ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ὄντα, ἐμφυσήματι πνοῆς μετέστρεψεν εἰς σάρκα, καὶ πάλιν μετέστρεψεν εἰς χοῦν. οὐχὶ δὲ Μωϋσῆς αὐτὸς σὰρξ ὢν εἰς μέγιστον ἐτράπη φῶς, ὡς μὴ δυνηθῆναι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀντιβλέψαι αὐτῷ; πολλῷ οὖν μᾶλλον ὁ θεὸς ἑαυτὸν τρέπειν, εἰς ὃ βούλεται, δυνατώτατός ἐστιν.

VII. Ἀλλ' ἴσως τις ὑμῶν ἐνόησεν, ὅτι ἄλλος μὲν ὑπ' ἄλλου γενέσθαι τι δύναται, αὐτὸς δέ τις ἑαυτόν, εἰς ὃ βούλεται, μετατρέπειν οὐ δύναται, καὶ ὅτι τὸ τρέπεσθαι τοῦ γηρῶντός ἐστι καὶ ἀποθανεῖν [φύσιν] ἔχοντος, ἀλλὰ περὶ ἀθανάτων τοῦτο οὐ χρὴ νομίζειν. ἢ γὰρ οὐκ ἄγγελοι ἀγήρως[1] [ὑπάρχοντες] καὶ πυρώδους οὐσίας εἰς σάρκα μετετράπησαν, καὶ οἱ παρὰ τῷ Ἀβραὰμ [ξενι]σθέντες, ὧν καὶ τοὺς πόδας ὡς ὁμοουσίων ἀνθρώπων ἄνθρωποι ἔνιψαν; ἀλλὰ καὶ τῷ Ἰακὼβ ἀνθρώπῳ ὄντι ἄγγελος ἐπάλαισεν εἰς σάρκα τραπείς, ἵνα αὐτῷ συγχρωτισθῆναι δυνηθῇ. καὶ ὁμῶς παλαίσας ἐπὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν βουληθεὶς ἐτράπη. ἤδη εἰς πῦρ μεταβαλλόμενος τοῦ Ἰακὼβ[2] τὸ πλατὺ νεῦρον οὐκ ἔκαυσε μέν, ἔφλεξε δὲ καὶ χωλὸν ἐποίησεν. ὁ δὲ ἕτερόν τι γενέσθαι, ὅ,τι θέλει, μὴ δυνάμενος, ὡς ὑποκείμενος τῇ αὐτοῦ φύσει, θνητός ἐστιν· δυνάμενος δέ τις γενέσθαι, ὅτε θέλει, ὃ θέλει, ὡς αὐτῆς τῆς φύσεως δεσποτεύων, εἰς τὸ νεάζειν ὑποστρέφων ἀθάνατός ἐστιν. ὅθεν πολὺ μᾶλλον ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις, ὅτε θέλει

animal vertit, serpentem faciens, quem iterum in virgam mutavit? Et ipsa illa virga aquam Nili convertit in sanguinem, quem redire fecit in aquam. Sed hominem quoque, qui limus erat, spiritu inflato in carnem vertit, quam iterum mutavit in limum. Sed nonne et Moyses, qui caro erat, in maximum permutatus est ignem, ita ut filii Israelis eum adspicere non possent? Multo magis igitur Deus semetipsum mutare in quodcumque ei placet potentissimus est.

VII. At fortassis vestrum aliquis existimat, alium quidem fieri aliquid posse per alium, sed ipsum in quodlibet se convertere non valere, esseque etiam commutari senescentis et morti obnoxii, id quod non censendum sit de immortalibus. Nonne enim Angeli quoque perennes atque igneae substantiae caro facti ab Abrahamo hospitio excepti sunt, quorum vel pedes ut ejusdem hominum essentiae homines lavabant? Sed etiam cum Jacobo, qui homo erat, Angelus luctabatur, in carnem commutatus, ut posset cum eo conversari. Similiter postquam luctatus erat, ex voluntate sua propriam iterum induit naturam. Jam vero in ignem transformatus Jacobi nervum femoris non quidem combussit, sed inflammavit claudumque fecit. Attamen is, qui ex voluntate aliud fieri nequit, utpote subditus ipsius naturae, mortalis est; sed qui suae ipsius naturae imperans potis est fieri quidquid et quandocumque vult, ita ut

1. Codicis scripturam ἀγήρως mutare nolui. 2. ἰακὼν O.

τοῦ σώματος τὴν οὐσίαν εἰς ὃ θέλει μετατρέπει καὶ ὁμοούσιον μὴ παρούσῃ τροπῇ προβάλλει, ἰσοδύναμον δὲ οὔ. ὅτι ὁ μὲν προβάλλων καὶ εἰς ἑτέραν οὐσίαν τραπέντα πάλιν ἐφ' ἑαυτὸν τρέπειν δύναται[1]*, ὁ δὲ προβληθεὶς τῆς ἐξ ἐκείνου τροπῆς τε καὶ τέκνον ὑπάρχων ἄνευ τοῦ προβάλλοντος βουλῆς ἄλλο τι γενέσθαι οὐ δύναται, εἰ μὴ ἐκεῖνος θέλει.*

VIII. *Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος Μιχαίας*[2]*, καὶ αὐτὸς εἷς ὢν τῶν ἑπομένων ἑταίρων, ἐβουλόμην, ἔφη, καὶ αὐτὸς μαθεῖν παρὰ σοῦ, εἰ ὥσπερ ὁ πονηρὸς γέγονεν, οὕτω γεγένηται καὶ ὁ ἀγαθός. εἰ δὲ ὁμοίως γεγόνασιν, ἀδελφοὶ εἶναί μοι δοκεῖ. καὶ ὁ Πέτρος· οὐχ ὁμοίως γεγόνασιν, εἴπερ μέμνησαι, ὧν ἐν ἀρχῇ εἶπον, ὅτι τοῦ πονηροῦ ἡ τετραγενὴς τοῦ σώματος οὐσία πεφυλοκρινημένη ὑπὸ τοῦ θεοῦ προεβλήθη, ἔξω δὲ αὐτῆς κατὰ τὴν τοῦ προβαλόντος βουλὴν ἐκράθη*[3] *πρὸς τὴν κρᾶσιν ἡ κακοῖς χαίρουσα προαίρεσις. ὡς νοεῖν, ὅτι θεοῦ μὲν τέκνον ἡ τετραγενὴς ἐξ αὐτοῦ προβληθεῖσα οὐσία, ἣ καὶ αὐτὴ οὖσα ἀεί. διὰ τί*[4] *δὲ ἔξω ὑπ' αὐτοῦ κραθείσης οὐσίας ἡ συμβεβηκυῖα κακοῖς χαίρουσα προαίρεσις ἐπεγίνετο; καὶ οὕτως οὔτε ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγέννηται, οὔτε ὑφ' ἑτέρου τινός, ἀλλ' οὔτε*[5] *ὑπ' αὐτοῦ προβέβληται, οὔτε αὐτομάτως προελήλυθεν, οὔτε ἀεὶ ἦν, ὡς ἡ πρὸ τῆς συγκράσεως οὐσία, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν ἔξω τῇ κράσει*

novus eveniat, est immortalis. Quare multo magis Dei potestas essentiam corporis quando et in quodcumque vult convertit, et similis substantiae, non autem aequae, commutatione peracta procreat. Ita creator et in aliam essentiam commutata in se revertere potest, cum ex illius mutatione filius progenitus sine creatoris voluntate aliud quid fieri non possit, nisi ille annuat.

VIII. Haec cum Petrus dixisset, Michaeas, et ipse ex comitum numero unus: Velim, inquit, a te discere, num etiam Bonus eodem modo genitus sit, quo Malus: si enim aequo modo facti fuerint, fratres mihi esse videntur. Respondit Petrus: Non geniti fuerunt simili modo, si me ab initio dixisse recordaris, Mali quadruplicem substantiam corporis secundum genera divisam a Deo procreatam, sed extra eam secundum creatoris voluntatem ad mixtionem consilium malis gaudens esse temperatum. Ac ita statuendum, substantiam quadruplicem ex Deo prolatam ejus quidem esse creaturam, et ipsam sempiternam. Cur autem extra essentiam ab eo temperatam congrediens propositum malis gaudens postea gignebatur? Et hac quidem ratione neque a Deo, neque ab alio quodam creatum, sed ne ex eo quidem prolatum, neque sponte progressum est, neque semper fuit, uti ante mixtionem essentia, sed mixtura secundum Dei voluntatem extra exstitit. Quae quidem ita sese habeant oportere,

1. *ὅτι ὁ μὲν προβάλλων καὶ εἰς ἑτέραν πάλιν οὐσίαν ἐφ' ἑαυτὸν τραπέντα δύναται* O.

2. Cfr. supra c. 4. Haud dubie aliud nomen reponendum est ex illis, quae habes Hom. II, c. 1.

3. *κραθείσῃ* O.

4. *τίς* p. *διὰ τί* O.

5. *οὐ δὲ* p. *οὔτε* O.

συμβέβηκεν. καὶ ὅτι ἀνάγκη τοῦθ' οὕτως ἔχειν, πολλάκις εἰρήκαμεν. ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καλλίστης τροπῆς γεννηθεὶς καὶ οὐκ ἔξω κράσει συμβεβηκὼς τῷ ὄντι υἱός ἐστιν. πλὴν ἐπεὶ ταῦτα ἄγραφα τυγχάνει καὶ στοχασμοῖς πεπιστωμένα, μὴ πάντως ἡ[μῖν] οὕτως ἔχειν βεβαιούσθω. εἰ δὲ μή γε, ὁ νοῦς ὡς πάντως προειληφὼς [τὸ ἀληθ]ὲς τοῦ ζητεῖν παύεται. κἀκεῖνά μοι μνημονεύεται[1], ὅτι τὰ τοιαῦτα [με πᾶσι]ν οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ τοῖς μετὰ πεῖραν δοκιμωτάτοις. οὐ δὲ πρὸς ἀλλήλους ῥᾳδίως ἰσχυρίζεσθαι δεῖ τὰ τοιαῦτα, οὐδὲ τολμᾶν ὀφείλετε λέγειν ὡς ἀκριβοῦντες τὴν τῶν ἀπορρήτων εὕρεσιν, ἀλλὰ σιωπῶντας χρὴ ἐνθυμεῖσθαι μόνον· ἐν γὰρ τῷ λέγειν ἴσως οὐχ ὡς ἔχων[2] ὁ φθεγξάμενος ἁμαρτήσεται, καὶ δίκην ὑφέξει ὡς τολμήσας, κἂν πρὸς ἑαυτόν, φθέγξασθαι τὰ σιγῇ τετιμημένα.

IX. Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, Λάζαρός τις τῶν ἀκολούθων καὶ αὐτὸς ἔφη· τὴν συμφωνίαν ἡμῖν εἰπέ· πῶς δυνατόν, εὔλογον εἶναι, τὸν ὑπὸ θεοῦ δικαίου καταστάντα πονηρὸν ὥστε τῶν ἀσεβησάντων εἶναι τιμωρόν, τοῦτον αὐτὸν ὕστερον μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀγγέλων σὺν τοῖς ἁμαρτωλοῖς εἰς τὸ σκότος τὸ κατώτερον πέμπεσθαι; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέμνημαι εἰρηκότος αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου[3]. καὶ ὁ Πέτρος· κἀγώ, ἔφη, ὁμολογῶ, ὅτι ὁ πονηρὸς πονηρὸν οὐδὲν ποιεῖ κατὰ τοῦτο, καθὸ τὸν δοθέντα αὐτῷ νόμον ἐκτελεῖ. καί τοι προαίρεσιν ἔχων κακήν, ὅμως φόβῳ τῷ πρὸς τὸν θεὸν οὐδὲν ἀδίκως πράσσει· διαβάλλων δὲ διδασκάλους ἀληθείας εἰς ἐνέδραν τῶν ἀκρίτων καὶ διάβολος ὁ αὐτὸς ὀνομάζεται. τὸ δὲ τὸν ἀψευδῆ διδάσκαλον

saepe affirmavimus. Sed Bono ex optima Dei commutatione nato, nec extra existenti mixtione, filium esse contingit ei, qui est. Verum haec cum scripta non sint, sed non nisi conjecturis confirmata, haud plane ea ita se habere a nobis comprobetur. Nam alias mens ea, quae jam omnino praeoccupavit, perquirere cessaret. Atque praeterea memini, hujusmodi res non omnibus, sed solis experientia probatissimis mihi esse revelandas. Neque sine difficultate de iis mutuo aliquid affirmetis, neque audeatis pronuntiare cum certitudine ineffabilium cognitionem, sed in silentio tantum remanete cogitabundi. Nam inter loquendum forsan is, qui loquitur, peccat inscitia, poenamque dabit, cum, etiamsi ad semetipsum, pronuntiaverit silentio veneranda.

IX. Quae cum Petrus dixisset, Lazarus, qui et ipse erat unus ex comitibus: Dic nobis, inquit, quomodo haec consentiant: qui rationi consentaneum esse potest, Malum ipsum a Deo justo ad impios vindicandos constitutum postea inter angelos suos cum peccatoribus in infimas tenebras mitti? Namque et hoc ipsum magistrum asseruisse memini. Tum Petrus: Et ego, inquit, affirmo Malum nihil mali facere, quatenus perficit, quae ei jussa sunt. Quamvis ad mala inclinet, nihilominus timore Dei nihil mali facit; sed quia magistros veritatis ad incautos decipiendos calumniatur, et ipse appellatur diabolus. Quod

1. μνημονεύετε O.
2. ἔχον O.
3. Cf. Matth. 25, 41.

ἡμῶν εἰπεῖν, αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ σὺν τοῖς ἀπατηθεῖσιν ἁμαρτωλοῖς εἰς τὸ σκότος τὸ κατώτερον ἀπελθεῖν, τοιοῦτόν τινα ἔχει λόγον. ὁ πονηρὸς σκότῳ χαίρειν κατὰ τὴν κρᾶσιν[1] γεγονώς, μετὰ τῶν ὁμοδούλων ἀγγέλων εἰς τὸ τοῦ Ταρτάρου σκότος κατελθὼν ἥδεται· φίλον γὰρ πυρὶ τὸ σκότος. αἱ δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ φωτὸς καθαροῦ σταγόνες οὖσαι, ὑπὸ ἀλλοφύλου πυρὸς οὐσίας συμπινόμεναι καὶ φύσιν τοῦ ἀποθανεῖν οὐκ ἔχουσαι, κατ᾽ ἀξίαν κολάζονται. εἰ δὲ ὁ τῆς κακίας ἡγεμὼν ἄνθρωπος ὢν οὐ πέμπεται εἰς τὸ σκότος ὡς μὴ τούτῳ χαίρων, τότε οὐ δύναται[2] ἡ κακοῖς αὐτοῦ χαίρουσα κρᾶσις μετασυγκριθῆναι εἰς ἀγαθοῦ προαίρεσιν. καὶ οὕτως ἀγαθὸς συνεῖναι κριθήσεται ταύτῃ μᾶλλον, ὅτι, κακοῖς χαίρουσαν λελογχὼς κρᾶσιν, αἰτίᾳ τοῦ πρὸς τὸν θεὸν φόβου οὐδὲν παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ τοῦ θεοῦ νόμῳ διεπράξατο. καὶ μήτι γε τὸ τὴν τοῦ ἀρχιερέως Ἀαρὼν ῥάβδον γενέσθαι ὄφιν καὶ πάλιν ἀντιτραπῆναι εἰς ῥάβδον, τοῦτο εἰς τὴν τοῦ πονηροῦ ὕστερον γενησομένην τῆς τροπῆς μετασύγκρασιν[3] μυστηριωδῶς ἡ γραφὴ ἐσομένην προεδήλωσεν;

X. Μετὰ δὲ τὸν Λάζαρον Ἰωσήφ, ὅς καὶ αὐτὸς εἷς τῶν ἀκολούθων, ἔφη· ὀρθῶς πάντα εἴρ[ηκας]. κἀμοὶ τοῦτο βουλομένῳ μαθεῖν παράσχου· διὰ τί πᾶσι τῶν αὐτῶν λόγων [μεταδίδως]; οἱ μὲν πείθονται, οἱ δὲ ἀπειθοῦσιν. καὶ ὁ Πέτρος· οὐ γάρ εἰσιν, ἔφη, οἱ λόγοι ἐπῳδαί, ἵνα πάντως

autem verax noster magister dixit, illum atque angelos suos cum seductis peccatoribus in infimas tenebras abire, ita intelligendum est. Malus secundum mixtionem ita creatus, ut tenebris gaudeat, cum angelis conservis in Tartarum descendens laetatur; nam igni gratae sunt tenebrae. Sed hominum animae, quae puri luminis stillae sunt, ignis quidem essentia alius generis absorptae, immunes tamen naturae moriundi, secundum quod meruerunt puniuntur. Si autem malitiae dux ut homo non mitteretur in tenebras, ac si eis non gauderet, mixtio ejus malis gaudens in boni consilium converti non posset. Et ita bonus ibi interesse eo magis judicabitur, cum mixtionem malis gaudentem nactus propter timorem Dei nihil contra ejus legem perfecerit. Ac nonne commutatione virgae summi sacerdotis Aaronis in serpentem et reversione ejus in virgam scriptura mystice praesignificavit, spectare eam ad futuram Mali conversionis commistionem?

X. Post Lazarum Joseph, et ipse unus comitum, dixit: Recte omnino locutus es. Et mihi discere cupienti hoc explica: cur eosdem omnibus sermones impertiris, cum aliis quidem persuadeatur, alii autem non credant? Et Petrus: Sermones, inquit, haud sane incantamenta sunt, quibus, qui audit,

1. χαίρουσαν τὴν κρᾶσιν p. χαίρειν κατὰ τὴν κρᾶσιν O.
2. χαίρων. τὸ δέ, δύναται p. χαίρων, τότε οὐ δύναται O.
3. Malim μετασύγκρισιν.

ἀκούσας τις πιστεύσῃ. τῷ δέ τινας μὲν πείθεσθαι, τινὰς δὲ μή, συνετῶς δείκνυται τὸ αὐτεξούσιον. ταῦτα εἰπόντα οἱ πάντες εὐλογήσαμεν.

XI. Καὶ δὴ μέλλουσιν ἡμῖν ἑστιᾶσθαι ὑπεισέδραμέ τις λέγων· Ἀππίων ὁ πλειστονίκης σὺν Ἀννουβίωνι ἧκεν ἀρτίως ἀπὸ Ἀντιοχείας, καὶ ξενίζεται παρὰ Σίμωνι. ὁ δὲ πατὴρ ἀκούσας καὶ χαρεὶς ἔφη Πέτρῳ· εἴ μοι ἐπιτρέπεις, πορεύομαι προσαγορεύσων Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα ἐκ πρώτης ἡλικίας φίλους μοι γεγενημένους. τυχὸν γὰρ Ἀννουβίωνα πείσω, Κλήμεντι διαλεχθῆναι περὶ γενέσεως. καὶ ὁ Πέτρος· ἐπιτρέπω, ἔφη, καὶ ἐπαινῶ τὰ φίλων τε πληροῦντα μέρη. πλὴν ἐννόει μοι, ὡς κατὰ πρόνοιαν θεοῦ πανταχόθεν συντρέχει τὰ πρὸς τὴν σὴν πληροφορίαν οἰκείαν ἀποτελοῦντα τὴν ἁρμονίαν. τοῦτο δὲ εἶπον διὰ τὴν Ἀννουβίωνος χρησίμως σοι γενομένην ἐπιδημίαν. καὶ ὁ πατήρ· ἀληθῶς συνορῶ τοῦτο ἔχον. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπορεύθη πρὸς Σίμωνα [1].

XII. Ἡμεῖς δὲ οἱ συνόντες τῷ Πέτρῳ δι' ὅλης νυκτὸς ἐπαλλήλως πυνθανόμενοι ὑπό τε ἡδονῆς καὶ χαρᾶς τῶν λεγομένων νήφοντες ἐνυκτερεύσαμεν. ἤδη δέ πως νυκτὸς ὑπαυγαζομένης, Πέτρος ἐμβλέψας ἐμοί τε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου ἔφη· διαπορῶ, τί ἔδοξε τῷ ὑμετέρῳ πατρί. καὶ λέγοντος τοῦτο ἧκεν ὁ πατὴρ αὐτόθι, τὸν Πέτρον ἡμῖν περὶ αὐτοῦ διαλεγόμενον καταλαβών· καὶ ἀθυμοῦντα ἰδὼν προσαγορεύσας ἀπελογήσατο, δι' ἣν αἰτίαν ἔξω κεκοίμηται. ἡμεῖς δὲ ἐμβλέποντες αὐτῷ ἐξεστήκειμεν, τὸ εἶδος Σίμωνος ὁρῶντες, φωνῆς δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἀκούοντες Φαύστου. καὶ

omnino credat necesse est. Quod aliis persuadetur, aliis non, manifestam probat arbitrii libertatem. Haec elocuto nos omnes benediximus.

XI. Et cum nos ad edendum praepararemus, ingressus est quidem nuntians: Appion plistonices cum Annubione nuper Antiochia venit, hospesque receptus est a Simone. Quibus auditis pater gavisus Petro dixit: Si mihi permittis, ibo salutatum Appionem et Annubionem, quippe qui a prima aetate fuerint mihi amici. Fortasse etiam Annubioni persuadebo, ut de genesi cum Clemente disputet. Ei Petrus: Permitto, inquit, et laudo, amici officio te velle satisfacere. Verumtamen reputa, quomodo ex Dei providentia ad plenam persuasionem tuam harmonice perficiendam omnia undique concurrant. Hoc autem dico, quia Annubionis adventus tibi expedit. Et pater: Rem ita sese habere et ego profecto video. Quibus dictis ad Simonem profectus est.

XII. Nos autem, qui cum Petro eramus, continuo interrogando ob voluptatem atque suavitatem dictorum totam noctem vigiles permansimus. Et cum jam auroresceret, Petrus me ac fratres meos intuens dixit: Haesito, quid patri vestro visum sit. Hoc Petro dicenti pater intervenit, repperitque eum nobis de se loquentem. Quem cum moerentem videret, post salutationem ad se ipsum excusandum exposuit, quam ob causam foris dormisset. Nos vero eum intuentes expavimus, vultum quidem Simonis videntes, vocem autem Fausti

1. „Ad Anubionem" Ruf. Recogn. X, 52.

δὴ φευγόντων ἡμῶν αὐτὸν[1] καὶ στυγούντων ἐξεπέπληκτο ὁ πατὴρ ἐπὶ τῷ οὕτως ἀπηνῶς καὶ ἐχθρῶς αὐτῷ χρῆσθαι. μόνος δὲ Πέτρος τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῦ ὁρῶν μορφὴν πρὸς ἡμᾶς ἔφη· τίνος ἕνεκα βδελυσσόμενοι ἀπωθεῖσθε τὸν ὑμέτερον πατέρα; ἡμεῖς δὲ καὶ ἡ μήτηρ ἔφαμεν· Σίμων ἡμῖν οὗτος φαίνεται φωνὴν ἔχων τοῦ ἡμετέρου πατρός. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὑμῖν μὲν ἡ ἀμάγευτος αὐτοῦ φωνὴ μόνη γνώριμός ἐστιν, ἐμοῦ δὲ τοῖς ἀμαγεύτοις ὀφθαλμοῖς καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς ἔστιν ὁρατόν, ὅτι μὴ ἔστι Σίμων, ἀλλὰ Φαῦστος ὁ ὑμέτερος πατήρ. τότε δὴ προσεμβλέψας καὶ τῷ πατρὶ ἔφη· [ἴδι]όν σου εἶδος αὐτοῖς οὐ φαίνεται, ἀλλὰ Σίμωνος τοῦ ἀσεβεστάτου καὶ ἡμῖν [ἐχθίστου].

XIII. Ταῦτα τοῦ Πέτρου διαλεγομένου ἐπεισήει τις τῶν προόδων ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας [ὑποστραφεὶς] λέγων Πέτρῳ· εἰδέναι σε θέλω, κύριέ μου, ὅτι Σίμων ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ δημοσίᾳ πολλὰ τεράστια ποιῶν μάγον σε[2] ὀνομάζων καὶ γόητα καὶ πρὸς τοσοῦτον αὐτοὺς μῖσος παρεσκεύασεν, ὡς γλίχεσθαι πάντα ἄνθρωπον τῶν[3] ἐκεῖ ἐπιδημησάντων σαρκῶν αὐτῶν ἀπογεύσασθαί σου. ὅθεν ἡμεῖς οἱ πρόοδοι μετὰ τῶν ὑπὸ σοῦ τῷ Σίμωνι ὑποβεβλημένων ἀδελφῶν ἡμῶν, πολὺ κατὰ σοῦ βρύχουσαν τὴν πόλιν ἑωρακότες, κρύφα εἰς τὸ αὐτὸ γενόμενοι σκοποῦμεν[4], τί χρὴ ποιεῖν. καὶ δὴ ἐν ἀπορίᾳ ἡμῶν ὄντων ἐπεδήμησε Κορνήλιος ἑκατόνταρχος, ὑπὸ Καίσαρος πεμφθεὶς πρὸς τὸν τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενον, ὃν ἐν Καισαρείᾳ δαιμονῶν

patris nostri audientes. Et cum eum fugeremus atque exhorresceremus, obstupuit pater, quod tam austere ac inimice cum eo ageremus. Solus autem Petrus formam ejus naturalem vidit nobisque dixit: Cur execrantes refugitis a patre vestro? Cui nos una cum matre respondimus: Simon iste nobis esse videtur, vocem habens patris nostri. Et Petrus dixit: Vobis quidem vox ejus praestigiis non mutata sola cognoscitur; verum oculis meis non fascinatis vultus quoque, qualis est, apparet, non Simonis, sed Fausti patris vestri. Tum jam patrem respexit eique dixit: Propria facies illis in te non apparet, sed Simonis protervissimi nobisque inimicissimi.

XIII. Haec Petro loquente advenit quidam ex iis, qui Antiochiam praemissi fuerant, eique dixit: Scire te volo, mi domine, Simonem, Antiochiae publice multa prodigia edentem, magum te appellare ac praestigiatorem, incolasque ad tantum excitasse odium, ut quivis desiderio anhelet vel carnibus tuis vescendi. Quapropter nos, praemissi cum fratribus nostris Simoni a te adjunctis, cum civitatem vehementer contra te commotam videremus, occulte convenimus, quid fieri oporteret considerantes. Et cum incerti haesitaremus, Cornelius centurio, quem Caesareae Dominus a daemone liberavit, ab Imperatore

1. Ita scripsi c. Ruf. X, 53, αὐτῶν O.
2. τε O.
3. τὴν O.
4. σκοποῦ καὶ O, in quo subinde repetuntur vbb. πολὺ κατὰ σοῦ βρύχουσαν.

τα ἰάσατο ὁ κύριος. οὗτος μεταπεμφθεὶς ὑφ' ἡμῶν κρύφα καὶ τῆς ἀθυμίας τὴν αἰτίαν παρ' ἡμῶν μαθὼν καὶ βοηθεῖν ἀξιωθεὶς προθυμότατα ὑπέσχετο φοβήσας φυγαδεύειν αὐτόν, ἐάν γε αὐτοῦ τῷ ἐγχειρήματι ὑπουργήσωμεν. ἡμῶν δὲ ἑτοίμως πάντα ποιήσειν ὑποσχομένων ἔφη· ἐμοῦ διὰ πολλῶν φίλων κρύφα εἰς σύλληψιν αὐτοῦ ἐληλυθέναι περισκοποῦντος καὶ ζητεῖν αὐτὸν φάσκοντος, καθότι Καῖσαρ πολλοὺς μάγους ἀνελὼν καὶ τὰ κατ' αὐτὸν μαθὼν ἐμὲ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ζήτησιν ἔπεμψεν, ὅπως καὶ αὐτὸν ὡς καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ μάγους κολάσῃ. καὶ οἱ ὑμέτεροι οἱ συνόντες αὐτῷ ὡς δὴ κρύφα ποθὲν ἀκηκοότες προσαναφερέτωσαν, ὡς ἐμοῦ ἕνεκα τοῦ συλλαβεῖν αὐτὸν ἀπεσταλμένου. καὶ τυχὸν ταῦτα[1] *ἀκούσας φοβηθεὶς φεύξεται. ἐπεὶ τοίνυν ἕτερόν τι ποιεῖν ἐπενοήσαμεν, ὅμως οὕτως ἐγένετο. ὑπό τε γὰρ πολλῶν τῶν ἔξω εἰς τὰ μεγάλα αὐτῷ χαριζομένων λάθρα λεγόντων, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἔνδον ὑποβλητῶν ἡμετέρων ἀκηκοὼς καὶ ὡς παρ' ἰδίων γνώμην εἰληφὼς ὑποστέλλεσθαι ἔγνω. ἀποδρὰς οὖν τῆς Ἀντιοχείας μετὰ Ἀθηνοδώρου ἐνθάδε ἐλήλυθεν, ὡς ἀκηκόαμεν. διὸ συμβουλεύομέν σοι μήπω ἐπιβῆναι τῆς πόλεως ἐκείνης, μέχρις ἂν εἴδωμεν, εἰ τῆς κατὰ σοῦ διαβολῆς ἐκείνου ἀπόντος ὑπολῆσαι δυνήσονται.*

XIV. *Ταῦτα τοῦ προόδου ἀπαγγείλαντος, ὁ Πέτρος τῷ πατρὶ προσεμβλέψας ἔφη· ἀκούεις, Φαῦστε, ὑπὸ Σίμωνος τοῦ μάγου ἡ μεταμόρφωσίς σου γέγονεν, ὡς ἤδη φαίνεται. Καίσαρος γὰρ νομίσας ἐπὶ κακῷ*

ad provinciae Praefectum missus supervenit. Qui a nobis clam accersitus ac de causa moestitiae nostrae certior factus et ut juvaret rogatus promptissime promisit, se eum fugaturum, si quidem coeptum ipsi adjutaremus. Cumque polliciti essemus, sedulo nos omnia facturos: Ego, inquit, per multos meos amicos evulgabo, me venisse ad eum capiendum, cum Caesar multis magis sublatis de eo certior factus me ad id misisset, ut et ipsum eodem modo, quo prius praestigiatores, puniret. Et qui ex vestris cum eo versantur, quasi occulte undicumque audierint, referant ei, me ad capiendum eum esse emissum. Quibus auditis fortasse pavore correptus aufugiet. Cum aliud quid facere cogitaremus, simul ita evenit. Etenim cum et ex multis alienis clam nuntiantibus, tamquam ingens beneficium ipsi conferrent, et insuper ex familiaribus nostrorum simulatis illud audivisset et hanc esse suorum sententiam putaret, sibi cavendum esse cognovit. Antiochia igitur aufugiens cum Athenodoro huc venit, ut audivimus. Itaque tibi suademus, ne ad oppidum illud ascendas, donec viderimus, num illo egresso populus calumniae contra te disseminatae oblivisci possit.

XIV. Quae cum is, qui praecessit, nuntiasset, Petrus in patrem nostrum respiciens dixit: Audis, Fauste, metarmophosin tuam per Simonem magum factam esse, ut jam apparet. Nam cum putaret, ad poenam se a Caesare

1. *αὐτὸν* O.

αὐτὸν ζητεῖν, φοβηθεὶς ἔφυγε τὴν ἑαυτοῦ σοι περιθεὶς μορφήν, ὅπως ἀποθανόντος σου τοῖς σοῖς τέκνοις ἡ λύπη γένηται. ταῦτα ὁ πατὴρ ἀκούων, κλαίων καὶ ὀδυρόμενος ἔφη· ὀρθῶς ἐστοχάσω, Πέτρε. Ἀννουβίων[1] *[γὰρ οἰκεῖός] μού με φιλῶν μυστηριωδῶς τὴν ἐπιβουλὴν ἐξέφηνεν. καὶ οὐκ ἐπίστευ[σα ὁ ταλαίπωρος], ἐπειδὴ τοῦ παθεῖν ἤμην ἄξιος.*

XV. *Ταῦτα τοῦ πατρὸς εἰπόντος μετ' οὐ πολὺ [Ἀννουβίων ἦλθε] πρὸς ἡμᾶς τὴν Σίμωνος ἡμῖν δηλῶν φυγήν, καὶ ὡς αὐτῆς νυκτὸς ἐπὶ Ἰουδαίαν ὥρμησεν. εὗρε δὲ τὸν πατέρα ἡμῶν κοπτόμενον καὶ μετὰ ὀδυρμῶν λέγοντα· οἴμοι οἴμοι ὁ τάλας, μάγον αὐτὸν ἀκούων ἠπίστουν. ὁ ταλαίπωρος πρὸς μίαν ἡμέραν ἐπιγνωσθεὶς συμβίῳ καὶ τέκνοις ταχέως ἐπὶ τὴν προτέραν τῆς ἀγνοίας ἦλθον συμφοράν. καὶ ἡ μήτηρ ὀδυρομένη τὰς τρίχας κατέτιλλεν· ἡμεῖς δὲ περὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἀλλοιώσεως ἀδημονοῦντες ἐστένομεν, ὅ,τι ποτὲ ἦν συννοῆσαι μὴ δυνάμενοι. Ἀννουβίων δὲ ταῦτα ἀκούων καὶ ὁρῶν ἀχανὴς ἔστη. ὁ δὲ Πέτρος ἡμῖν τοῖς τέκνοις ἐπὶ πάντων ἔφη· πιστεύσατέ μοι, οὗτός ἐστι Φαῦστος ὁ πατὴρ ὑμῶν. διὸ δὴ κελεύω ὑμῖν, ὡς πατρὶ προσέχειν. παρέξει γὰρ ὁ θεὸς πρόφασίν τινα, δι' ἧς τὴν Σίμωνος ἀποδυσάμενος μορφὴν τὴν τοῦ πατρὸς ὑμῶν προδήλως ἀναδείξει πάλιν*[2]. *ταῦτα ἡμῖν εἰπὼν καὶ τῷ πατρὶ προβλέψας ἔφη· ἐγώ σοι ἐπέτρεψα, προσαγορεῦσαι Ἀππίωνα καὶ Ἀννουβίωνα, ἐπειδὴ ἐκ παίδων σοι φίλους εἶναι ὁμολογεῖς, οὐχὶ Σίμωνι τῷ μάγῳ συνομιλεῖν.*

quaeri, territus fugit ac suum tibi vultum affinxit, ut te morte sublato filiis tuis tristitia pareretur. Ac pater, haec audiens, lacrimans et ejulans exlamavit: Recte divinasti, Petre! Etenim Annubion amicus me diligens sub mysterio quodam insidias collocatas mihi indicavit. Verum ego infelix non credebam, nam dignus eram qui paterer.

XV. His a patre dictis haud multo post Annubion ad nos venit Simonem fugisse nuntians et illa nocte Judaeam petiisse. Ac cum patrem nostrum inveniret afflictum et cum lacrimis dicentem: O me miserum, qui magum esse illum audiens non crediderim! Per unam diem ab uxore et filius recognitus ad priorem erroris miseriam celeriter infortunatus reversus sum. Mater vero plangens capillos evulsit. Nosque de patris permutatione stupentes ingemuimus, nec quid rei esset intelligere potuimus. Annubion autem hoc videns stabat silentio defixus. Tum Petrus nobis filiis coram omnibus dixit: Mihi credite, hicce est Faustus pater vester. Propterea vos hortor, ut habeatis eum, quomodo patrem. Deus enim praebebit occasionem aliquam, qua Simonis vultu exuto patris vestri evidenter recuperare possit effigiem. Quibus ad nos dictis patrem intuens: Ego tibi, inquit, permisi, ut Appionem et Annubionem salutatum ires quia eos a pueris tibi amicos esse asserebas, non ut Simoni mago conversareris.

1. *ἀννοβίων* (sic) O. 2. *πάλαι* O.

XVI. *Καὶ ὁ πατήρ· ἥμαρτον, ἔφη, ὁμολογῶ. καὶ Ἀννουβίων· καὶ αὐτός ἐγώ, ἔφη, σὺν αὐτῷ δέομαί σου, συγγνῶναι γέροντι εὐγενεῖ καὶ ἀγαθῷ ἠπατημένῳ· παίγνιον γὰρ γέγονεν ὁ δυστυχὴς τοῦ περιβοήτου. πλὴν ὡς γέγονε[1] φράσω. ὁ ἀγαθὸς γέρων ἦλθε προσαγορεύσων ἡμᾶς. ἐτυγχάνομεν δὲ αὐτῆς ὥρας κατὰ ταυτὸν οἱ ἐκεῖ παρόντες ἀκούοντες Σίμωνος, ὃς ἀποδιδράσκειν ἤθελε αὐτῇ νυκτὶ ἀκηκοώς, ἐπιδημήσειν ποθέν τινας ἐνταῦθα τῇ Λαοδικείᾳ[2] ἐκ προσταγῆς βασιλικῆς ζητοῦντας αὐτόν. Φαύστῳ δὲ εἰσιόντι τὸν ἴδιον θυμὸν ἐπέστρεφε[3] φήσας οὕτως πρὸς ἡμᾶς· ἀλῶν αὐτὸν ἐλθόντα συμμεταςχεῖν ὑμῖν ποιήσατε· ἐγὼ δὲ μύρον τι σκευάσω, ἵνα δειπνήσας καὶ ἀναλαβών τι ἴδιον χρίσας πρόσωπον τὴν ἐμὴν πᾶσιν ἔχειν δόξῃ[4] μορφήν. ὑμεῖς δὲ βοτάνης τινὸς ὕλης προεναλειψάμενοι ὑπ᾽ ἐμοῦ οὐκ ἀπατηθήσεσθε ὑπὸ τῆς τένης αὐτοῦ μορφῆς, πλὴν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὁ Φαῦστος δόξει εἶναι Σίμων.*

XVII. *Ἐκείνου δὲ ταῦτα προλέγοντος ἔφην· τί νῦν σοι ἐκ τῆς τοιαύτης μηχανῆς ἐστὶ κέρδος; καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πρῶτον μὲν συλλαβόντες αὐτὸν οἱ ἐμὲ ζητοῦντες παύσονται τῆς κατ᾽ ἐμοῦ ζητήσεως. εἰ δὲ καὶ ὑπὸ βασιλικῆς χειρὸς ἀναιρεθείη, μέγιστον πένθος ἕξουσιν οἱ τούτου παῖδες, οἷ,τινες ἐμὲ καταλιπόντες, προσφυγόντ[ες τῷ Πέτρῳ] συνεργοῦσιν. νῦν γάρ σοι, ὦ Πέτρε, ὁμολογῶ τὰ ἀληθῆ, ὅτι ἐφοβούμην τὸν [Σίμωνα, τῷ*

XVI. Et pater: Peccavi, inquit, fateor. Ac Annubion: Ego quoque, inquit, simul cum eo te rogo, ut seni generoso et bono decepto ignoscas. Namque infelix ludibrium factus est decantati illius hominis. Sed jam narrabo, quomodo acciderit. Bonus hic senex venit ad nos salutandos. Contigit autem ut illa hora cum Simone essemus, qui ipsa nocte fuga se salvare volebat, cum audisset, adesse quosdam in hac Laodiceae civitate, qui ex Imperatoris praecepto eum quaererent. Et postquam omnem suum furorem contra Faustum ingressum converterat, ita ad nos locutus est: Illum, qui advenit, mensae sonsortem vobiscum faciatis, ego vero unguentum quoddam componam, quo suam ipsius faciem post coenam perunctus omnibus meum vultum circumferre videatur. Vos autem herbae cujusdam succo a me prius peruncti non fallemini de commutato illius vultu, at ceteris omnibus Faustus esse videbitur Simon.

XVII. Quae cum ille praedixisset, quodnam, inquam, tibi lucrum veniet ex hujuscemodi machinatione? Ac Simon respondit: Primum quidem, illo capto, qui me quaerunt, investigatione contra me inita desistent. Si vero etiam manu regia sublatus fuerit, magnopere lugebunt filii ejus, qui me derelicto ad Petrum sese contulerunt, eique collaborant. Jam enim tibi, Petre, verum confiteor,

1. *γέρων* O. Cfr. Ruf. X, 58.
2. *Λαοδικίᾳ* O.
3. *ἐπέστρεφε* addidi ex conjectura.
4. *δόξει* O.

Φαύ]στῳ τοῦτο μηνύειν[1]. *ἀλλ' οὐδὲ καιρὸν ἡμῖν ὁ Σίμων ἐδίδου πρὸς τὸ ἰδιάζειν· [εἰ μὴ]*[2] *αὐτῷ τὴν ἐκ τοῦ Σίμωνος κακὴν ἂν ἔφηνα βουλήν. πλὴν ἐν μέσῃ γε νυκτὶ ἀναστὰς ὁ Σίμων τὴν*[3] *ἐπὶ Ἰουδαίαν ἐποιεῖτο φυγήν, προπεμπόμενος ὑπό τε Ἀππίωνος καὶ Ἀθηνοδώρου. τότε ἐγὼ δυσαρέστως ἔχειν τὸ σῶμα ὑπεκρινάμην, ὅπως μείνας μετὰ τὸ ἐκείνους πορευθῆναι εὐθὺς αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ ἐπανελθεῖν ποιήσω, εἴ που δύναιτο παρ' ὑμῖν κρυπτόμενος λανθάνειν μήπως ὑπὸ τῶν Σίμωνος ζητούντων ὡς Σίμων ληφθεὶς ὑπὸ βασιλικῆς ὀργῆς ἀποθάνῃ. ἀωρίας οὖν αὐτὸν ἐξαπέστειλα πρὸς ὑμᾶς, καὶ κηδόμενος αὐτοῦ νύχιος ἦλθον ὀψόμενός τε αὐτὸν καὶ τάχιον ἀπελευσόμενος, πρὶν τοὺς πέμψαντας [τὸν Σίμωνα] ἐπανελθεῖν*[4]. *καὶ προσβλέψας ἡμῖν ἔφη· ἐγὼ Ἀννουβίων τὴν τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἀληθῆ μορφὴν ὁρῶ ἐναλειψάμενος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος, ὡς προεδιηγησάμην*[5], *ἵνα τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς ἡ ἀληθὴς Φαύστου φαίνηται μορφή. ἐκπεπληγμένος οὖν σφόδρα θαυμάζω τὴν Σίμωνος μαγείαν, ὅτι ἑστῶτες τὸν ὑμέτερον οὐ γνωρίζετε*[6] *πατέρα. κλαιόντων δὲ τοῦ τε πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐπὶ τῇ κοινῇ πάντων ἡμῶν συμφορᾷ, συμπαθήσας καὶ ὁ Ἀννουβίων ἐδάκρυσεν.*

XVIII. *Τότε καὶ ὁ Πέτρος τῆς τοῦ πατρὸς μορφῆς τὴν ἀποκατάστα-*

timore Simonis me esse impeditum, quominus Fausto haec significarem. Verum enimvero ne tempus quidem Simon nobis dedit secretius colloquendi; alias pravum Simonis consilium ei patefecissem. Interea media nocte exsurgens Simon Judaeam fuga petiit cum comitibus Appione et Athenodoro. Tunc ego valetudinis incommoda finxi, ut domi remanens post illorum profectionem celeriter eum ad suos remitterem, si forte apud vos aliquo modo posset occultari, ne a Simonis investigatoribus captus ejus loco regio odio periret. Itaque nocte intempesta eum ad vos misi, sollicitusque noctu perveni, ut eum viderem ac velocius redirem, priusquam supervenirent, qui Simonem comitati sunt. Et conversus ad nos: Ego Annubion, inquit, patris vestri verum video vultum, quippe qui a Simone perunctus fuerim, sicuti antea enarravi, ut vera Fausti facies meis oculis appareret. Unde stupeo atque admiror Simonis magiam, quod vos circumstantes patrem vestrum non agnoscitis. Flentibus autem patre et matre nobisque ipsis de communi calamitate commiseratione commotus flebat et Annubion.

XVIII. Tum Petrus patri vultum se restituturum nobis promisit ad eum

1. *ὅτι ἐφοβούμην τότε, τῷ Φαύστῳ τοῦτο μηνύειν* Ruf.

2. Codicis lacuna desinit in litt. *μῶν*. Tum *ἐφάνη* p. *ἂν ἔφηνα* idem. Alius conjectaverit: [*ἴσως συνόντων ἡ*]*μῶν αὐτῷ τὴν ἐκ τοῦ Σίμωνος κακὴν ἂν ἐφάνη βουλήν.*

3. *τὸν* O.

4. *ἐπανελθὼν* O.

5. *ὃν προδιηγήσαμεν* p. *ὡς προεδιηγησάμην* O.

6. *γνωρίζω* O.

σιν ἡμῖν ἐπηγγείλατο εἰπὼν πρὸς αὐτόν· ἤκουσας, ὦ Φαῦστε, τὰ καθ' ἡμᾶς. ὅταν οὖν ἡμῖν χρήσιμος ἡ περικειμένη σοι πλάνος μορφὴ γένηται καὶ ὑπουργήσῃς ἡμῖν, πρὸς ἃ κελεύομεν, τότε κἀγώ σοι τὴν ἀληθινήν σου μορφὴν ἀποδώσω πρότερον ποιήσαντι τὰ παρ' ἐμοῦ σοι λεγόμενα. τοῦ δὲ πατρὸς εἰπόντος· πᾶν ὅ,τι ἄν μοι δυνατὸν ᾖ προθυμότατον ποιήσω, μόνον τὴν ἐμὴν τοῖς ἐμοῖς ἀπόδος μορφήν, ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· αὐτὸς ἰδίοις ὠσὶν ἀκήκοας τῶν προόδων μου ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐληλυθότων καὶ εἰπόντων, ὡς ἐκεῖ γεγονὼς ὁ Σίμων ἰσχυρῶς τοὺς ὄχλους κατ' ἐμοῦ παρώξυνε, μάγον καὶ μιαιφόνον, πλάνον τε καὶ γόητα ἀποκαλῶν ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς γλίχεσθαι πάντας τοὺς ἐκεῖ τῶν ἐμῶν ἀπογεύσασθαι σαρκῶν. ποιήσεις οὖν, ὡς ἐγὼ λέγω, καταλιπὼν Κλήμεντα παρ' ἐμοὶ καὶ προαγαγὼν ἡμᾶς εἰς Ἀντιόχειαν μετὰ τῆς συμβίου σου, ἔτι δὲ Φαυστίνου καὶ Φαυστινιανοῦ τῶν υἱῶν σου. συνέσονται δέ σοι καὶ ἄλλοι τινές, οὓς ἐγὼ κρίνω δυνατοὺς ὑπουργῆσαι τῷ ἐμῷ θελήματι.

XIX. Μετὰ τούτων ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ [γενόμενος], ἐν ὅσῳ ὡς Σίμων φαίνῃ, δημοσίᾳ κήρυξον τὴν σεαυτοῦ μετα[μέλειαν εἰπών·] ἐγὼ Σίμων ταῦτα ὑμῖν κηρύσσω ὁμολογῶν [1], ἀδίκως καταψεύ[σασθαι τὰ τοῦ Πέτρου· οὐ γάρ] ἐστι πλάνος, οὐ μιαιφόνος, οὐ γόης, οὐδὲ ὅσα ποτὲ φαῦλα περὶ αὐτοῦ λέγων ἔφθανον ὑπὸ θυμοῦ ἐλαυνόμενος. δέομαι ὑμῶν αὐτὸς ἐγώ, ὁ τοῦ πρὸς ὑμᾶς μίσους αἴτιος αὐτῷ γεγονώς, παύσασθε μισοῦντες αὐτόν· τοῦ γὰρ ὑπὸ θεοῦ πρὸς σωτηρίαν κόσμου ἀπεσταλμένου ἀληθοῦς προφή-

dicens: Audivisti, Fauste, quae ad nos spectant. Si ficta in te vultus imago utilis nobis fiat et tu nos adjuveris ad ea, quae mandabo, tunc propriam tibi restituam faciem, si prius feceris, quae tibi jussero. Ac patri dicenti: Quaecumque possum, lubenter perficiam, si modo meis effigiem meam reddas, Petrus respondit: Ipse auribus tuis audisti ex iis, qui a me praemissi Antiochia redierunt, quomodo Simon illic versatus multitudinem vehementer contra me excitarit, magum et caede pollutum, deceptorem et praestigiatorem me nuncupans, ita ut vehementur cupiant illic, omnes vel carnibus meis vesci. Fac ergo quae tibi praecipiam, et, Clemente apud me relicto, cum uxore tua et Faustino ac Faustiniano, filiis tuis, duc nos Antiochiam. Erunt autem tecum et alii quidam, quos ad adjuvandum meum consilium idoneos credidero.

XIX. Quando igitur simul cum iis Antiochiae versaris et Simon quidem esse videris, palam praedica poenitentiam tuam atque dic: Ego Simon vobis annuncio atque fateor, me inique de Petro mentitum esse; non enim ille est deceptor, aut caede pollutus, aut praestigiator, aut quae alia cuncta de eo mala protuli furore incitatus. Obsecro ego vos ipse, qui odii vestri contra eum noxius sum auctor, ut id deponatis: nam ille est veri ad salutem mundi a Deo missi prophetae verus apostolus. Quapropter et ipse suadeo, ut ei cre-

1. ὁμολογοῦν O.

του ἀληθὴς ἐστιν ἀπόστολος. διὸ καὶ αὐτὸς συμβουλεύω, αὐτῷ ὑμᾶς πείθεσθαι περὶ ὧν κηρύσσω, ἐπεὶ πᾶσα ὑμῶν ἡ πόλις ἄρδην ἀπολεῖται. δι' ἣν δὲ αἰτίαν ὑμῖν ταῦτα ὡμολόγησα, εἰδέναι ὑμᾶς θέλω. ταύτης τῆς νυκτὸς ἄγγελοί με τοῦ θεοῦ, τὸν ἀσεβῆ, ὡς ἐχθρὸν ὄντα τῷ τῆς ἀληθείας κήρυκι, δεινῶς ἐμαστίγουν. παρακαλῶ οὖν, μηδ' ἂν αὐτὸς ἐγὼ ἄλλοτε ἐπελθὼν κατὰ Πέτρου ἐπιχειρῶν λέγω, μὴ ἀποδέξησθέ με. ἐξομολογοῦμαι γὰρ ὑμῖν· ἐγὼ μάγος, ἐγὼ πλάνος, ἐγὼ γόης. ἔξεστι γὰρ ἴσως, μετανοίᾳ ἀπολῦσαι τὰ προπεπραγμένα μοι ἁμαρτήματα.

XX. Ταῦτα τοῦ Πέτρου ὑποτιθεμένου, οἶδα, ἔφη, ὁ πατήρ, ὅ,τι βούλει· διὸ μὴ κάμνε. ἐμοὶ γὰρ οὐχ ἧττον μελήσει ἐκεῖσε ἐλθόντι διαλεχθῆναι, ἃ χρὴ περὶ σοῦ διαλέγεσθαι. καὶ ὁ Πέτρος πάλιν ὑπετίθετο· ὅταν οὖν νοήσῃς τὴν πόλιν μεταβαλομένην τοῦ μίσους, ἐπιθυμοῦσαν δὲ ἰδεῖν ἡμᾶς, πέμψας δήλωσόν μοι, καὶ αὐτόθι ἐπικαταληψόμεθά σε. γενόμενος δὲ ἐκεῖ αὐθήμερον τὴν ἀλλοτρίαν σου μορφὴν ἀπελάσας τὴν σὴν τοῖς σοῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀπλανῶς φαίνεσθαι ποιήσω. ταῦτα εἰπὼν συνεῖναι αὐτῷ τοὺς υἱούς, ἀδελφοὺς δὲ ἐμούς, ἐποίησε καὶ Ματτιδίαν [1], τὴν μητέρα ἡμῶν, καὶ τῶν γνησιωτέρων τινὰς συναπέρχεσθαι ἐκέλευσεν. ἡ δὲ μήτηρ συναπελθεῖν αὐτῷ ὀκνηρῶς εἶδε λέγουσα [2]· μοιχὰς γὰρ εἶναι δοκῶ τῇ Σίμωνος συνοῦσα μορφῇ. εἰ δ' ἄρα συναπέρχεσθαι αὐτῷ ἀναγκασθήσομαι, ἀδύνατον ἐπὶ τῆς αὐτῆς τύχης κλίνης συγκατακλιθήσεσθαι. οὐκ οἶδα δέ, εἰ καὶ συναπελθεῖν αὐτῷ πεισθήσομαι. ὀκνοῦσαν δὲ αὐτὴν ἀπελ-

datis in iis, de quibus loquor, ne forte oppidum vestrum funditus pereat. Verum enimvero scire vos volo, cur haec confitear. Dei Angeli me impium, quod inimicus essem nuntio veritatis, hac nocte vehementer flagellarunt. Hortor ergo, ne mihi credatis, etiamsi alias veniens Petrum calumnier. Confiteor enim vobis: egometipse sum magus, ego deceptor, ego praestigiator. Sic forsan licet, peccata prius a me commissa poenitentia delere.

XX. Quae cum Petrus patri mandasset: Intelligo, inquit, quid velis. Quare ne ultra labores. Nam curae mihi erit, cum illic venero, ut de te loquar, quae annuntiare me oportet. Deinde Petrus mandatis subjunxit: Quando autem urbem odio desistere vides ac desiderio nos videndi capi, nuntium mihi mitte, et statim ad te properabimus. Et cum eo venero, alienam formam a te fugabo, tuamque tuis et aliis omnibus clare apparere faciam. Quibus dictis filios ejus, meos fratres, et Mattidiam matrem nostram et sodalium quosdam una cum eo proficisci jussit. Sed mater invita cum eo abire videbatur dicens: Profecto adultera mihi esse viderer, si vultui Simonis essem conjuncta. Itaque si cogor, ut cum eo abeam, fieri tamen non poterit, ut in eodem lectulo jaceam. Nescio tamen, an vel persuaderi mihi possit, ut simul cum eo proficiscar.

1. *Ματθιδίαν* O. 2. *λέγουσα* supplevi ex conjectura.

θεῖν ὁ Ἀννουβίων προέτρεψεν αὐτὴν εἰπών· πείσθητι ἐμοί τε καὶ Πέτρῳ καὶ αὐτῇ δὲ τῇ φωνῇ, ὅτι [Φαῦστός] ἐστιν, ὁ σὸς σύμβιος, ὃν οὐκ ἔλαττόν σου ἀγαπῶ. καὶ αὐτὸς αὐτῷ συμ[πορεύσομαι]. ταῦτα τοῦ Ἀννουβίωνος εἰπόντος ἡ μήτηρ συνελθεῖν ὑπέσχετο.

XXI. Ὁ δὲ Πέτρος [ἔφη·] διότατα ὁ θεὸς τὰ πράγματα ἡμῶν οἰκονομεῖ. ἔχομεν γὰρ μεθ' ἡμῶν Ἀννουβίων[α ἀστρολ]όγον. οὗτος γὰρ ἡμῖν ἐπιδημήσασι τῇ Ἀντιοχείᾳ περὶ γενέσεως τοῦ λοιποῦ ὡς φίλος γνησιώτερον διαλεχθήσεται. καὶ δὴ τοῦ πατρὸς ὑπὸ νύκτα μεθ' ὧν ἐκέλευσε Πέτρος σὺν τῷ Ἀννουβίωνι ὁρμήσαντος ἐπὶ τὴν πλησίον Ἀντιόχειαν, ὄρθρου τῆς ἄλλης ἡμέρας πρὶν προελθεῖν Πέτρον ἐπὶ τῷ διαλεγέσθαι, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Λαοδίκειαν τὸν Σίμωνα προπέμψαντες Ἀππίων καὶ Ἀθηνόδωρος ἐπιζητοῦντες τὸν πατέρα. ὁ δὲ μαθὼν ἐκέλευσεν αὐτοὺς εἰσέρχεσθαι. εἰσβάντων δὲ καὶ καθεσθέντων καί· ποῦ Φαῦστος; εἰπόντων, ἀπεκρίνατο Πέτρος· οὐκ ἴσμεν· αὐτῆς γὰρ ἑσπέρας πρὸς ὑμᾶς ἐλθὼν οὐκέτι τοῖς οἰκείοις ἐφάνη· χθὲς δὲ ὄρθρου καὶ Σίμων αὐτὸν ἐζήτησεν, καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἀπεκρινάμεθα πρὸς αὐτόν, οὐκ οἶδα, τί ἔδοξεν[1] αὐτῷ Φαῦστον ἑαυτὸν εἰπόντι. μὴ πιστευθεὶς δακρύων καὶ κοπτόμενος ἀποκτείνειν ἑαυτὸν ἀπειλήσας ὡς ἐπὶ θάλασσαν ὥρμησεν.

XXII. Ταῦτα ἀκούοντες ὅτε Ἀππίων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐπολολύξαντες ἐκόψαντο λέγοντες· διὰ τί οὐ παρεδέξασθε αὐτόν; καὶ ἅμα τῷ βούλεσθαι τὸν Ἀθηνόδωρον εἰπεῖν μοι· Φαῦστος ἦν, ὁ πατήρ σου, ὁ Ἀππίων

Tum Annubion praeter voluntatem abeuntem ita hortatus est: Crede mihi et Petro et voci ipsi, esse eum Faustum conjugem tuum, quem ego non minus diligo quam tu ipsa. Ego et, ipse cum eo proficiscar. Quae cum Annubion dixisset, mater se una cum reliquis venturam promisit.

XXI. At Petrus: Deus rebus nostris optime consulit; habemus enim nobiscum Annubionem astrologum. Hic cum nobis de genesi ut amicus disputabit familiarius, quando Antiochiae erimus. Et cum pater sub noctem cum iis, quos Petrus ordinaverat, simul cum Annubione perrexisset ad vicinam Antiochiam, mane sequentis diei, antequam Petrus ad disputandum egressus esset, Laodiceam venerunt Appion et Athenodorus, Simonis comites, patrem quaerentes. Qua re cognita, introire eos jussit. Qui cum ingressi essent atque consedissent, ac, ubi Faustus esset, quaesissent, Petrus respondit: Nescimus; nam ex vespero illo, quo ad vos ivit, nulli suorum rursus apparuit. Heri autem mane et Simon eum quaerebat, cumque nihil responderemus, nescio, quid ei in mentem venerit, Faustum se esse contestanti. Quod cum nemo crederet, flens et dolens minabatur, occisurum semet ipsum et versus mare properavit.

XXII. Quae cum Appion ejusque comites audissent, ululatu edito plangebant dicentes: Cur eum non excepistis? Et cum Athenodorus mihi dicere vellet: Iste Faustus erat, pater tuus, Appion praeveniens: Comperimus, inquit, a

1. δόξαν O, qui deinde εἰπών p. εἰπόντι.

ὑποφθάσας αὐτὸν εἶπεν· ἐμάθομεν παρά τινος, ὅτι εὑρὼν αὐτὸν ὁ Σίμων ἐξώρμησε [ἵνα τὸν Πέτρον καταλιπὼν αὐτῷ συνοδοιπορήσῃ ὑπισχνουμένῳ ἀποκαλύπτειν] τὰ ἀληθῆ, αὐτοῦ Φαύστου παρακαλέσαντος αὐτόν, ὅτι μὴ ἤθελεν ὁρᾶν τοὺς αὐτοῦ υἱοὺς Ἰουδαίους γεγεννημένους. ἡμεῖς δὲ ταῦτα ἀκούσαντες τούτου ἕνεκεν ἤλθομεν ζητοῦντες αὐτόν. ἐπειδὴ δὲ ἐνταῦθα οὐκ ἔστι, φαίνεται ἀληθεύσας ὁ εἰπὼν ἡμῖν, ὡς οὖν παρ' αὐτοῦ ἀκούσαντες εἰρήκαμεν ὑμῖν. ἐγὼ δὲ Κλήμης, συννοήσας τὴν τοῦ Πέτρου προαίρεσιν, ὅτι ὑπόνοιαν αὐτοῖς ἐνσπεῖραι θέλει, ὡς τὸν γέροντα ζητεῖν μέλλων παρ' αὐτοῖς, ἵνα φοβηθέντες φύγωσιν, συνέδραμον αὐτοῦ τῷ βουλήματι, καὶ πρὸς τὸν Ἀππίωνα· ἄκουσον, ἔφην, φίλτατέ μοι Ἀππίων· ἡμεῖς τὰ νομισθέντα ἡμῖν καλὰ ὡς πατρὶ δοῦναι ἐσπεύσαμεν. εἰ δὲ αὐτὸς οὐκ ἐβουλήθη λαβεῖν, ἀλλὰ τοὐναντίον βδελυξάμενος ἡμᾶς ἔφυγεν, τραχύτερόν τι ἐρῶ· οὐδὲ ἡμεῖς αὐτοῦ φροντίζομεν. ἐμοῦ ταῦτα εἰπόντος ὡς ἐπ' ὠμότητι δυσχεράναντες ἀπῄεσαν, καὶ ὡς ἐμάθομεν τῆς ἄλλης ἡμέρας[1] [ὡς τάχιστα] κατ' ἴχνη Σίμωνος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ὥρμησαν.

XXIII. *Πλὴν ἡμερῶν δέκα διελθουσῶν, [ἧκέ τις] ἐκ τῆς Ἀντιοχείας παρὰ τοῦ πατρὸς ἀγγελῶν[2] ἡμῖν, πῶς ὁ πατὴρ δημο[σίᾳ] αὐτοῦ μορφῆς κατηγορῶν, Πέτρον εὐλογῶν τὴν πᾶσαν Ἀντιοχέων πόλιν εἰς πόθον μετέθηκεν. καὶ ἐκ τούτου πάντας ἐπιθυμεῖν αὐτὸν ἰδεῖν ἀπήγγελλεν[3]· ἐνίους δὲ καὶ χαλεπαίνοντας αὐτῷ ὡς Σίμωνι διὰ τὴν πρὸς Πέτρον ὑπερβάλ-*

quodam, incidisse eum in Simonem exhortantem, ut Petro relicto comes sibi fieret, eique promisisse, veritatem se revelaturum, ipso Fausto eum obsecrante, filios suos se posthac numquam velle videre, quippe qui Judaei facti essent. Quae cum audissemus, eum quaerendi causa huc venimus. Sed quia hic non reperitur, verum dixisse videtur, qui retulit, quae vobis prius ennuntiavimus. Ego autem Clemens, perspecto Petri consilio, seminandi in illos suspicionem, senem apud ipsos sibi esse quaerendum, ut timore repleti fugerent, ad adjuvandum ejus consilium concurri Appioni dicens: Audi Appion carissime: Nos, quae bona esse credimus, etiam patri tradere studemus. Quae si accipere nolit, sed potius nos execrans fugit, durius aliquid eloquar: etiam nos de eo non curamus. Quae cum enuntiassem, quasi crudelitatem meam aegre ferentes abierunt et Simonis vestigia, ut crastino die comperimus, quam celerrime insequentes Judaeam petierunt.

XXIII. Interea cum decem praeterissent dies, venit quidam Antiochia a patre missus nuntians, quomodo palam Simonem cum ipsius vultu accusans Petrumque laudibus extollens toti Antiochenorum civitati desiderium injecerit illum videndi. Ex quo omnes cupere dixit, eum secum habere. Nonnullos autem ob nimium erga Petrum amorem in patrem saevientes Fausto ut Simoni

1. *ἡμῶν* O.
2. *ἀγγέλων* O.
3. *ἀπήγγελλο* O.

λουσαν στοργὴν καὶ χεῖρας θέλειν ἐπιβαλεῖν τῷ Φαύστῳ ὡς Σίμωνι. διὸ μήπως ἀναιρεθῇ δεδοικότα, ἐξαυτῆς ἐλθεῖν πέμψαντα ἀξιοῦν τὸν Πέτρον, ὅπως αὐτὸν ζῶντα ἐπικαταλάβῃ, καὶ τῇ πόλει ἀκμαζούσῃ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν εὐκαίρως ἐπιφανῇ. Πέτρος δὲ ταῦτα ἀκούσας πρὸς τὸ ἐκκλησιάζειν πλείστους συναγαγὼν καὶ ἐπίσκοπον ἐκ τῶν ἀκολούθων καταστήσας, βαπτίσας καὶ ἰασάμενος ἡμερῶν ἐπιμείνας τριῶν τῇ Λαοδικείᾳ ἐπὶ τὴν πλησίον ὁρμήσειν[1] *Ἀντιόχειαν ἔσπευσεν.*

adeo manus injicere velle. Propterea eum timentem, ne perimeretur, statim misisse, qui Petrum rogaret, ut ad eum festinaret, si vivum vellet, et amori civitatis superabundanti opportune appareret. Quibus cognitis Petrus ad deliberandum in concione multitudinem coegit, et, Episcopo ex comitibus ordinato, postquam per tres dies Laodiceae baptizaverat atque sanaverat, ad vicinam Antiochiam pergere properavit.

1. Fortasse legendum *ὁρμῆσαι*. Post *ἔσπευσεν* in Cod. O puncto distinguitur apponiturque *ἀμήν*. Quo intelligitur, amanuensem opus suum putavisse omnino absolutum, quamvis vetus Rufini versio Recognitionum enarrando ulterius progrediatur.

De Clementinorum opere Joannis Baptistae Cotelerii judicium.

Inter multa apocrypha, quae Clementi Romano veteres tribuerunt, quorumque causa eum videtur primum historicorum ecclesiasticorum constituere Sozomenus [1], non incelebre istud est: excerpitur enim a Joanne Damasceno; nominatim vero memoratur in Synopsi Athanasiana, Chronico Alexandrino, Historia ecclesiastica Nicephori, Anastasii Presbyteri vel alterius Collectaneis et Niconis Pandecte inferius citando ad Hom. XII. 25. (272, 4.) atque in Epitomen per Metaphrastem redactum est. Conspectum autem fuisse ab Epiphanio [2], Anastasio Antiocheno [3], Maximo [4] et Cedreno [5] colligitur; si cum Clementinis nostris [6] citata eorum loca conferuntur. Quin etiam Clementina forte nominaverat Nicephorus CP. in Stichometria seu Canone scripturarum: et ubi nunc legitur, apud Scaligerum et Croium, Κλήμεντος λβ', in Criticis autem sacris tom. 8. Κλήμεντ. λβ', hoc est, Anastasio Bibliothecario interprete, *Clementis* XXXII, ibi primitus scriptum erat Κλημέντια λβ', aut Κλημέντια κβ', Etenim Synopsis dicta, quam Nicephorus sequitur, Κλημέντια habet. Si autem retineas λβ', vel dices variam olim fuisse hujus operis, ut Recognitionum, divisionem, fretus auctoritate Francisci Turriani (qui illud nactus manuscriptum in epistola ad Hosium Cardinalem praeliminari *Defensionis pro Canonibus Apostolorum et Epistolis Pontificum* citat ex libro VIII. locum quem hic leges Homil. XVII. 15, et Defensionis lib. V. cap. ult. e libb. VI. et VIII. loca Homil. XI. 22 et Hom. XVI. 12, in Explanationibus vero ad Constit. Apost. lib. II. cap. 36 laudat e lib. VII. verba Homiliae XII. cap. 29 et in iisdem Explanat. ad lib. 6. cap. 10 e libr. VIII locum Hom. XVIII. 4), vel dices, cum hocce volumine conjunctum fuisse alium ejusdem farinae librum, verbi gratia illum, qui Petri et Apionis disputationes complectebatur.

Quod si malis corrigere κβ', intelligere poteris viginti Homilias, Epistolam Petri ad Jacobum cum Contestatione, ac Epistolam Clementis ad eumdem Jacobum. Poteris etiam Epistolam Petri separando a Contestatione credere omis-

1. *Sozom.* Hist. I. cap. 1.
2. *Epiph.* Haer. XXVI, 16.
3. *Anast.* Quaest. XX. pag. 242.
4. *Max.* Serm. LIII et LV.
5. *Cedren.* Compend. Hist. pagg. 170—173.
6. *Clement.* Hom. IV, 16. Hom. II, 32. Hom. IV, 4. Hom. XI, 8. 11. Hom. III, 38 et seq.

sam fuisse Epistolam Clementis. Certe ex Epiphanio [1], Rufino [2], Photio [3] et Sylloge hac nostra constat, Clementi adscripta apocrypha de peregrinationibus, sermonibus, actibus et disputationibus Petri; deque recognitione Clementis ejusque parentum ac fratrum varie conscripta fuisse, interpolata, corrupta atque permista; et quibusdam libris praefigi solitam Epistolam Petri ad Jacobum, aliis Clementis ad eundem, aliis utramque; quum tamen idem opus sequeretur, incipiens ἐγὼ Κλήμης. Quo etiam fit, ut triginta duo Nicephoriani libri complexi forsan fuerint libros decem Recognitionum.

Et vero quae damus Clementina, licet nugis, licet erroribus scateant, a semichristiana philosophia et haeresi, praecipue ebionitica profectis, non sine fructu tamen legentur, tum propter elegantiam sermonis, tum multiplicis doctrinae causa, tum denique ad melius cognoscenda primarum haereseon dogmata. In multis autem similia sunt Clementina Recognitionibus: unde probabiliter existimatum Turriano, ea esse aliam editionem ἀναγνωρίσεων, de qua Rufinus in praefatione: quamquam auctor Synopseos Periodos Petri a Clementinis distinguit. Sed et interpolationem factam esse in Homiliis istis, idque non semel, conjicio ex his. 1) e simili sorte congenerum apocryphorum. 2) quod ea quae in Chronico Alexandrino et a Maximo proferuntur, non parum diversa sint: nec non quae a Damasceno interdum. 3) ex hac Eunomianorum corruptela: ἐν ἀρχῇ κτίσας ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισε καὶ τὸν υἱόν: quae Turrianus in praefatione Graeca ad Constitutiones Apostolicas adducit ex Ammonio. 4) quia locus e ms. bibliothecae Claromontanae relatus inter Testimonia Veterum, alium a nostro scriptorem magisque pium sapit, eum forte, cujus fragmentum *de Spiritu sancto* habes supra ad Recogn. I, 24. 5) denique Nicephorus dicit [4], Κλημέντια esse τῇ ἐκκλησίᾳ εὐπαράδεκτα: id vero laudis nequaquam tribuisset Κλημεντίοις, nisi incidisset in ea repurgata. Idem judicium fero de Scholiaste vetere, cujus mentio fit in Annotationibus V. C. Henrici Valesii ad Euseb. Hist. lib. III. cap. XXXVIII. Sed fortassis Nicephorus et Scholiastes ille viderant tantum Simeonis Metaphrastae Epitomen, aut aliam ei similem. Ceterum quod in Synopsi Athanasii Clementina referantur cum libris novi Testamenti quibus contradicitur, apud Nicephorum vero CP. cum apocryphis: ratio est lacuna manifesta Athanasiani codicis. Eam tu et ex contextu facile agnosces et per Nicephorum ac Anastasium complebis.

Ὁμιλίαι idem sunt atque κηρύγματα et διαλέξεις, colloquia, sermones, praedicationes, dissertationes, Epist. ad Jacobum cap. 2. Epitom. c. 145. Clementinorum I, 20.

1. *Epiph.* Haer. XXX, 15.
2. *Rufin.* praefat. ad libb. Recognit. et lib. de adulter. libb. Origen.
3. *Phot.* codd. CXII. CXIII.
4. *Niceph.* Hist. eccl. lib. III, 18.

INDEX.

Z

H

Θ

I

K

P

Σ

Τ

Υ

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 8, 16 scr. κάκεῖνον — et 42, 18 φιλαλήθεις — 42, 4 ἐστι 42, 16 οὐχ — 24, annot. 4, add. „οὐχ' Ο" — 44, 13 scr. κἀμὲ — 46, 1 διὰ — 51, annot. 6 scr. „rectnm. Ἐπεὶ" cett. — 55, 12 Ἰουστά — 58, 31 dele virgulam post „sicut" — 63, 17 scr. συμπαρόντες — 65, 7 φῆς — 65, 12 ἀπειλήσας — 71, 19 δυνηθῶ — 83, 2 τὸ — 83, 3 scr. ἐστι et del. virgulam in fine versus — 91, 23 scr. „armorum" — 91, 27 „vocavit" — 92, 11 νύμφη — 103, 9 ἐστι — 104, 3 dele virgulam post δρόμων — 125, annot. 1 non transmittendum erat, Cotelerium vocem παμμιούσων in calce editionis suae mutavisse in παμμούσων — 125, ann. 6, in fine add. „et ex Supplendis Cotelerii' — 137, 14 scr. Ἰξίονες — 142, 2 κατὰ — 144, 1 Θεστίου, τῇ — 144, 32 „Ganymedis" — 144, annot. 7 γαννυμήδους — 144, 6 Πολυδεύκην — 148, 14 Ἔρωτα — 148, 16 Ἔρως — 151, 1 annot. signum esse debebat[1] — 151, 6 scr. Ἔρωτος — 151, 7 Ἔρως — 152, 17 Ἰουδαίους — 156, 16 sq. ἀντ — ετίμησε — 162, 13 πανταχῇ — 163, 1 καιροὺς — 169, 14 post πάλαι pone virgulam — 174, 17 scr. ἐστίασεν — 188, 5 μηδ' — 192, 3 κακὴν — 194, annot. 12 „Tum S:" — 195, 11 δει- — 201, 11 dele virgulam post προετίμησαν — 201, 4 scr. φυλαχθεῖσαν — 202, 16 sq. ἥδεται — 213, 1 et 4 scribendum erat: ὀρθριαίτερον — 216, 4 scr. ψυχῆς — 225, 3 post κόσμον pone virgulam — 226, 2 scr. ἥμισυ — 226, 4 περιλείπεται — 226, 8 λυσσώδους — 226, annot. 5 ἀπονοίας — 229, 17 ὁμοίως — 236, annot. 5 κρᾶσιν — 241, 1 καλῶσιν — 243, 21 post „pacem" excidit „cum" — 245, 8 scr. Μωϋσῆς — 245, 19 ἄνεμοι — 248, 7 φιλαλήθης — 250, annot. 1 ἀνθρώπους — 263, 11 στῦλοι — 267, 1 τύχω — 272, 3 Γενομένων — 274, 7 et annot. 2 ὅ τις — 279, 8 ἐνὶ pro ἐπὶ — 279, annot. 1 ἀχαριστούμενεος — 283, 1 ὡμολογήσαμεν — 287, 18 νηστεῦσαι — 302, 12 ἐτόλμησε — 321, 13 et 17 καὶ εἰσὶ — 331, 11 γάρ ἐστιν — 344, annot. 8 post ἔστιν excidit „C" — 350, 3 annot. signum esse debebat[1] — 351, 3 post Εἰ excidit annot. signum[2] — 351, 4 scr. ὁραμάτων — 399, 2 μόνης — 415, 7 εἰρήκαμεν.

Pluries accentus corrigendi sunt, ubi praepositionem excipit pronomen personale encliticum; praeterea constanter scribendum erat: τί ποτ' ἐστί.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

I

ὁμιλία Κ :

Νύκτωρ ὁ διαναστὰς καὶ διυπνίσας ἡμᾶς καθεύδοντας, συνή-
θως ἔφη· πυνθάνεσθέ μου περὶ ὧν βούλεσθε· καὶ ὁ Θεοφάνης
αὐτῷ πρῶτος ἤρξατο· πῶς οὗτος ὁ περὶ πονηροῦ λόγος
ἔχει ἐπιθυμοῦσιν ἡμῖν μαθεῖν ὑφήγησαι· καὶ ὁ πατὴρ ἤδη
ἐξ ἐτῶν καὶ διὰ τῆς πεισομένης(?) διδάξεως ἐξέφηνα.

II

Hom. XXI, 14.

δικαίως γενέσθαι οὐ δύναται· ἀλλ' ὡς καὶ δοξασθῆναι τέ-
νος μὴ πεφοβημένη· πῶς δ' οὐχὶ μᾶλλον ἀγαπᾷ τὸν
δημιουργὸν ἡ ὕλη· ὁπότε φαίνεται καρποὺς ἐκφέρουσα
εὐθηνῶν(?) πάντων αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ τελειουμένων(?) πῶς δ'
οὐχὶ ὡς χρηστὸν πεφόβηται· ὡς καὶ διὰ τοῦ στόματος
τρέμουσα ὁμολογεῖ· καὶ ὡς μετὰ κυματουμένη τῶν δι-
δασκάλων πλέοντι ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιτάξαντι ταχέως πεπαυμέ-
να ἡσύχασε.

CLEMENS Romanus. Doubtful 604.5
and spurious works. C62.8ho
Clementis Romani ... 1853d
cop.2